
HARVARD
UNIVERSITY
LIBRARY


SIGILLVM ACADEMIAE HARVARDIANAE IN NOV · ANG ·
CHRISTO ET ECCLESIAE
VE RI TAS

DE

NON NVLLIS LOCIS

AGAMEMNONIS AESCHYLEAE

SCRIBENDIS ET INTERPRETANDIS

COMMENTATIO ACADEMICA

SCRIPSIT

BERNHARD RISBERG.

VPSALIAE
TYPIS DESCRIPSIT ALMQVIST & WIKSELLS A.-B.
M D CCC XCI

PRÆFATIO.

Ante hos novem annos identidem versanti mihi in fabulis Aeschyleis lectitandis, præcipue Agamemnone, quam quidem suethicis versibus expressam nuper foras dedi, non alienum visum est, cum necessitas mihi commentationem academicam scribendi inposita esset, hoc potissimum summæ artis atque etiam summæ difficultatis Græcarum litterarum monumentum eligere, ut quid in scriptore Græco recensendo atque interpretando efficere possem ostenderem.

Quanquam id inopportunum erat, quod, quoniam doctissimi et ingeniosissimi multorum sæculorum viri in Agamemnonem explicandam et emendandam operam enixe contulerunt, nisi res minoris pretii vel difficillimas neque pro meis viribus vix esse relictas intellegebam.

Itaque ubi forte quo modo vertendum vel scribendum esset adhuc esse ambiguum putabam, sæpius in sententiis aliorum perscrutandis et ponderandis me acquiescere oportebat, etiamsi quædam de meo proponendi non nunquam esset occasio.

Haud paucis quidem locis codicum scripturam contra temeritatem vel subtilitatem novissimorum editorum defendere mihi licuit. Namque etsi priorum temporum quasi pruritus corrigendi vel dicam corrumpendi iam maximam partem remisit, tamen multifariam sine iusta causa vitia scribendi odorantur, quasi ut poetæ veterum insolentius vel

minus apte vel etiam neglegentius interdum dicerent accidere non potuerit [1]. Immo ex sese intellegi videtur fieri non potuisse, ut tragici illi, quattuor fabulas scribere scriptasque modis insuper aptatis docere singulis prope annis consueti nec profecto communis hominum inbecillitatis expertes, optima quæque semper invenirent. Accedit quod, quæ audientes vel legentes antiqui illi homines tolerasse, quæ non tolerasse putandi sint, non facile diiudicatur. Si vero quispiam dixerit [2] illis temporibus subtilissimas philologorum recentiorum explicandi argutias nondum suppetivisse, respondere licebit tum etiam nondum redundasse doctos viros, qui hominibus simplici et naturali quodam sensu poetæ verba percipientibus scrupulos longissime quæsitos quavis ratione inicerent.

Nec tamen, in Aeschyli certe fabulis, passim graviter corruptis, recognoscendis, anxia ac superstitiosa quadam litterarum traditarum adoratione vestigia librorum sunt premenda [3], quandocunque sententia vel legibus grammaticis vel metro vitia manifesta arguuntur.

Itaque non nullos equidem Agamemnonis locos male affectos neque adhuc satis certa medicina restitutos, ex parte

---

[1] Cfr BTODT (Philologus XXXIX [1880] p. 195): "allerdings gehe ich, gleich dem in der interpolationsfrage so conservativen KECK, von der voraussetzung aus, dass Aeschylos nur "gross, edel und schön", — und ich füge hinzu "klar, logisch und zusammenhängend" — sprechen kann."

[2] Cfr DINDORF (in præfatione ed. min. p. CXI): "Meminisse oportet veteres Athenienses, quibus fabulas suas summus poeta scripsit, nullos dum habuisse philologos, qui vel spectantibus in theatro præsto essent, vel per ephemerides et commentarios inexplicabilia eadem qua explicabilia facilitate interpretarentur."

[3] Velut VERRALL, novissimus Agamemnonis editor, multis locis lectionum librorum laudandus conservator, non raro etiam absurdissima defendit pæne eodem furore, quo olim BOTHE, HARTUNG, alii tradita poetæ verba sanissima e textu expulerunt.

etiam pæne desperatos, ut vv. 421 sq., 1104, 1171, 1459 sqq., conatus sum emendare, ita tamen ut in coniciendo probabilitatis palæographicæ semper religiose rationem haberem.

Hæ Agamemnonis editiones disputationem conscribenti præsto mihi fuerunt:

FHBothe, Aeschyli dramata græce et lat. rec. ill. Lips. 1805.
CGSchuetz, Aeschyli tragoediæ ed. nova vol. II Persæ Agamemnon. Halæ 1811.
AWellauer, Aeschyli tragoediæ rec. notas adi. vol. II Agamemnonem, Choephoros, Eumenidas et Persas continens. Lips. 1824.
RHKlausen, Aeschyli quæ supersunt vol. I Orestea. sect. I Agamemno. Gothæ et Erfordiæ 1833.
CJBlomfield, Aeschyli Agamemnon em. notas et glossarium adj. Ed. V. Londini 1839.
JFranz, des Aeschylos Oresteia, griech. u. deutsch. Leipzig 1846.
GDindorf, Aeschyli tragoediæ superstites. Tom. I. Oxon. 1851.
GHermann, Aeschyli tragoediæ rec. I, II. Lips. 1852.
SKarsten, Aeschyli Agamemnon rec. em. annot. et comm. crit. adj. Trajecti ad Rhenum 1855.
FWSchneidewin, Aeschylos Agamemnon erklært. Berlin 1856.
HWeil, Aeschyli quæ supersunt tragoediæ. Vol. 1. Sect. 1. Agamemno rec. adn. crit. et exeg. adi. Giessæ 1858. [Hanc editionem significavi nota Weil[1], ubi de lectione mentio fit, Weil, ubi de interpretatione agitur.]
RHKlausen, Aeschyli Agamemno ed. altera quam cur. REnger. Lips. 1863.
CFvNægelsbach, Aeschylus' Agamemnon mit Einleit., Uebers. u. Erklär. herausgeg. von FList. Erlangen 186?

KHKeck, Aeschylos Agamemnon griech. u. deutsch — — mit Commentar. Leipzig 1863.

IACvanHeusde, Aeschyli Agamemnon ed., schol. subi., comm. instr. Hagæ comitis 1864.

GDindorf, Aeschyli tragoediæ. Ed. V. Lips. 1865.

REnger, Aeschylos Agamemnon mit erläut. Anm. 2:te Aufl. v. WGilbert. Leipzig 1874.

FAPaley, the tragedies of Aeschylus with an engl. comm. 4:th Ed. London 1879.

AKirchhoff, Aeschyli tragoediæ ed. Berolini 1880.

FWSchneidewin, Aeschylos Agamemnon erklärt. 2:te Aufl. besorgt von OHense. Berlin 1883.

HWeil, Aeschyli tragoediæ ed. Lipsiæ 1884. [Hanc editionem compendio Weilii significavi. Vbi de lectione est quæstio, nota Weil ambarum editionum consensum expressi.]

NWecklein, Aeschyli fabulæ cum lect. et schol. ed. Pars I Textus. Scholia. Apparatus criticus. Pars II Appendix. Berolini 1885.

UvWilamowitz-Moellendorff, Aischylos Agamemnon griech. text u. deutsche übers. Berlin 1885.

NWecklein, Äschylos Orestie mit erklär. Anmerkungen. Leipzig 1888.

AWVerrall, the Agamemnon of Aeschylus with an introd., comm. and transl. London 1889.

Præterea hos libros et libellos in opusculo meo laudavi, plerumque compendiis usus, quorum significationem ex hoc ipso indice perspicere licet.

HLAhrens, Studien zum Agamemnon des Aeschylus. Philologus Suppl. B. I [1860] pp. 213—304, 479—534, 537—640. [Vbicunque Ahrens in hoc libello nominatur, hunc Ahrensium dico.]

KFAmeis, Anhang zu Homers Odyssee III Heft. 2:te A. v. CHentze. Leipzig 1877.

Apparatus criticus et exegeticus in Aeschyli tragoedias vol. I cont. Stanleii commentarium vol. II cont. Abreschii animadversionum libros. Hal. Sax. 1832.

RArnoldt, Der Chor im Agamemnon des Äschylus scenisch erläutert. Halle a. S. 1881.

GBernhardy, Wissenschaftliche Syntax der Griechischen Sprache. Berlin 1829.

MBurgard, Quæstiones grammaticæ Aeschyleæ. Part. I. Vratislaviæ [1861].

SDahlgren, De imaginibus Aeschyli I. Comm. acad. Holmiæ 1877.

OADanielsson, Grammatische und etymologische Studien I. (Upsala Universitets Årsskrift). Upsala 1888.

JKFleischmann, das erste Chorlied der Orestie des Aischylos. Jahrb. f. kl. Phil. Bd. 133, 5 [1886].

VGardthausen, Griechische Palæographie. Leipzig 1879.

WWGoodwin, Syntax of the moods and tenses of the greek verb. London 1889.

JAHartung, Lehre von den Partikeln der griechischen Sprache I, II. Erlangen 1832, 33.

HHübschmann, das indogermanische Vokalsystem. Strassburg 1885.

WKausche, Mythologumena Aeschylea (Diss. Phil. Halens. XI pp. 129—312). Halis Sax. 1888.

EKueck, Studia maxime critica in Aeschylum et scholia Aeschyli Medicea. Diss. Gottingæ 1890.

ELalin, de præpositionum usu apud Aeschylum. Comm. acad. Ups. 1885.

OLehmann, Die tachygraphischen Abkürzungen der Griechischen Handschriften. Leipzig 1880.

KMeisterhans, Grammatik der Attischen Inschriften. 2:te Aufl. Berlin 1888.

GMeyer, Griechische Grammatik. 2:te Aufl. Leipzig 1886.

TyMommsen, Bemerkungen zu Aeschylos' Agamemnon. Rheinisches Museum XVI [1861] pp. 115—134.

Notices et extraits des Manuscrits de la bibliothèque impériale. XVIII: 2. Les papyrus grecs du Musée du Louvre et de la bibliothèque impériale. Paris 1866 (Planches 1865).

JOberdick, Kritische Studien. Gesammelte Abhandlungen und Rezensionen. 1 Bändchen. Münster 1884.

MPlanck, Über den Grundgedanken des Aeschyleischen Agamemnon. Progr. Ulm 1859.

BRisberg, Agamemnon sorgespel af Aischylos. Öfversättn. på den grekiska textens versmått jemte inledn. och anmärkn. Upsala 1890.

ARossbach u. RWestphal, Griechische Metrik. 3:te Aufl. bearb. v. ARossbach (Theorie der mus. Künste der Hellenen. Dritter Band Zweite Abtheilung: Specielle griech. Metrik). Leipzig 1889.

Römer, Studien zu der handschriftlichen Ueberlieferung des Aeschylus und zu den alten Erklärern desselben (Sitzungsber. der philos.-philol. Classe der k. b. Akad. der Wissenschaften zu München 1888. Band II pp. 201—254). München 1888.

FdeSaussure, Mémoire sur le système primitif des voyelles dans les langues indo-européennes (réprod. de l'éd. de 1872). Paris 1887.

RSchenk, De genuini quem vocant genetivi apud Aeschylum usu. Diss. Berol. 1882.

STessing, de compositis nominibus Aeschyleis et Pindaricis. Comm. acad. Lundæ 1884.

BTodt, Commentatio de Aeschylo vocabulorum inventore. Halis 1855.

WWattenbach, Schrifttafeln zur Geschichte der griech. Schrift. Berlin 1876.

WWattenbach, Anleitung zur griechischen Palæographie. 2:te Aufl. Leipzig 1877.

NWecklein, Studien zu Aeschylus. Berlin 1872.

NWecklein, Über die Technik und den Vortrag der Chorgesänge des Äschylus (Besond. Abdr.). Leipzig 1882.

NWecklein, Über die Textüberlieferung des Aeschylos und anderer griechischer Tragiker (Sitzungsber. der philos.-philol. Classe der k. b. Akad. der Wissenschaften zu München 1888. Band II pp. 327—74). München 1889.

UvWilamowitz-Moellendorff, Isyllos von Epidauros (Philol. Unters. Heft 9). Berlin 1886.


UvWilamowitz-Moellendorff, Euripides Herakles I, II. Berlin 1889.

In versibus Aeschyleis laudandis editionis Weckleinianæ (Berol. 1885) rationem numerandi secutus sum. Euripidem Kirchhoffii (ed. min.), Aristophanem Dindorfii (Oxon. 1835), fragmenta tragicorum Nauckii (ed. II. Lips. 1889) numeris adtuli. Codices Agamemnonis ubi commemoravi, easdem litteras atque Wecklein adhibui.

Indices disputationi subiunxi.

Scripsi Vpsaliæ mense Octobri MDCCCXCI.

B. R.



De non nullis locis Agamemnonis Aeschyleæ scribendis et interpretandis.

Vv. 1—2.

> θεοὺς μὲν αἰτῶ τῶνδ' ἀπαλλαγὴν πόνων
> φρουρᾶς ἐτείας μῆκος.

Verba φρουρᾶς ἐτείας μῆκος cum versu superiore duplici ratione coniunxerunt viri docti [1]. Voci πόνων ea addiderunt Wellauer (*"liberationem ab his laboribus, a vigilia sc., quæ longitudine annua est"* [2]), Franz, Schneidewin, Heusde, ad αἰτῶ traxerunt plerique, Klausen (*"per longitudinem annuæ vigiliæ posco libertatem"* [3]), Weil, Ahrens, Keck, Klausen-Enger, Nægelsbach, Paley, Kirchhoff (ut videtur),

---

[1] Mitto scholiastæ M explicationem (vide schol.) et coniecturam Stanleii (μῆχος), quam admiserunt Schuetz, Bothe, Blomfield, Dindorf. Neque Hermanni enarrationem commemorarem, nisi v. Wilamowitz-Moellendorff nuper (Isyllos von Epidauros p. 186) se hunc locum eodem modo accipere dixisset. Existimavit enim Hermann φρουρᾶς ἐτείας μῆκος ita iuncta esse cum voce πόνων, ut tamen φρουρᾶς a μῆκος penderet (gen. poss.) et μῆκος (pro μήκους) ad πόνων esset adiectum intellecto verbo, quo significaretur *'in mente habeo'*. At in exemplis duobus quæ adscripsit, e lyricis partibus sumptis, dativus et genetivus, ad quos accusativi sunt aptati, obiecta sunt verborum, quorum alterum etiam casum quartum regit. Alter autem locus [Ag. 1081] fortasse aliter accipiendus est. Quam vero verborum conformationem ("nicht mehr korrekt") v. Wilamowitz (pp. 17 sq., 186) ex hymno Isylli (D 21) confert ('Ασκλαπιὸν — — — δωτῆρ' ὑγιείας, μέγα δώρημα βροτοῖς), de Aeschyli trimetris nihil probat. Ceterum fortasse Isyllus haud inscite hoc intellegi voluit: *'Æsculapium, datorem sanitatis, ipsum magnum* (Apollinis) *donum mortalibus'*. Cfr Eur. El. 565.

[2] p. 5.

[3] p. 98; in textu autem post πόνων virgula posita est.

Hense, Wecklein, Verrall. Hoc modo vertere per grammaticas quidem leges licere Klausen[1], Ahrens[2] alii ostendisse videntur, neque inepta fit per se sententia. Sed enuntiatorum nexum (θεοὺς μὲν αἰτῶ κτέ. : καὶ νῦν φυλάσσω v. 8) diligenter respicienti illa interpretatio præcipue commendatur.

Nam particulæ καὶ νῦν apud Aeschylum duo significare animadverti. Vbi καὶ valet *'et'*, novum aliquod inducunt, *quod nunc fieri atque ex iis quæ ante facta sunt quodam modo consequi dicitur (= atque ideo nunc).* Pr. 616: — ἡ Διὸς θάλπει κέαρ | ἔρωτι, καὶ νῦν τοὺς ὑπερμήκεις δρόμους | Ἥρᾳ στυγητὸς πρὸς βίαν γυμνάζεται *(Iuppiter eam amavit ideoque nunc Iuno eam persequitur)*, 269, 341, 348, 379, Ag. 603[3], 676[4], Cho. 1032, Eum. 30 *(ob pietatem meam)*, 287[5]. Quam vim facile intellegitur in hunc locum omnino non quadrare, ubi de vigiliis iam diu actis mentio est[6]. Atque nequaquam licet νῦν interpretari *'etiam nunc'*[7] (= νῦν ἔτι cfr 809).

Vbi autem καὶ vertendum est *'etiam'*, voculis illis καὶ νῦν significatur, *quod ante factum est* vel *semper fit* vel *postea fiet, idem etiam nunc* vel *nunc de alio quoque valere (= ita nunc etiam).* Prom. 61 *(ut nuper illum lacertum, ita nunc etiam hunc firmis vinculis obstringe)*, Sept. 174 *(ut*

---

[1] l. l.

[2] p. 219 (Eur. Or. 72).

[3] Hæc est sententiarum progressio: iam pridem expugnatio mihi nuntiata atque omni dubitatione missa celebrata est; ideoque re a te longius exposita non est opus.

[4] Interpungendum: καὶ νῦν, ἐκείνων εἴ τις ἐστὶν ἐμπνέων, | λέγουσιν ἡμᾶς ὡς ὀλωλότας, vertendum: *atque nunc (post tantam cladem) putant nos esse mortuos.*

[5] Pariter Sophocles Ai. 65, 259, 457, 1376, El. 1335, Ant. 398, 916, Trach. 365, 539, 1076, Phil. 877, 1029, Euripides Or. 375, Andr. 565, Hec. 589.

[6] Tamen Paley, hac re non satis considerata, vertit *"and accordingly I am now here watching".*

[7] Ita falso Verrall *("and still I am watching").* Nec quicquam proficit audire *'sed frustra'* (Schneidewin, cfr Burgard p. 27), nam nihilo minus requiritur notio *'etiamnunc'*, quam νῦν non habet.

femina semper malum est, ita vos quoque nunc civibus detrimento fuistis), Suppl. 218 *(ut nuper Iovem invocastis, ita nunc etiam alitem eius invocate),* Ag. 1274 *(nunc ut antea crudelis est),* Cho. 692 *(ut ante amicos mihi eripuisti, ita nunc Oresten quoque),* 973 [1], Eum. 67 *(ut adhuc te ab his tutatus sum, sic nunc quoque),* 252 *(ut ante diu eum investigavimus, ita nunc quoque),* 409 [2]. Exempla Sophoclea [3] hæc sunt: Ai. 3, 18 (εὐμαθές: καὶ νῦν ἐπέγνως εὖ), El. 839 (?), 907, 1168, O. R. 166, 557, Ant. 7, 192, 316 [4], Phil. 195, 634, 1011, 1016 [5].

Quæ significatio etiam huic Agamemnonis loco optime convenit, si hæc cum versibus superioribus cohærentia evadit: *'ut totum annum custodii, sic nunc quoque custodio'.* Atqui si φρουρᾶς ἐτείας μῆκος cum doctissimis illis interpretibus ad αἰτῶ referamus, appáret precum diuturnitatem verbis augeri, ita ut summa sententiarum fiat: *'ut iam totum annum deos imploravi, ita etiam nunc custodio'* [6], quod nihil est. Sin autem illa verba voci πόνων applicamus, longitudo excubiarum maxime premitur, ut hæc potissimum animis nostris obversetur cogitatio: φρουρὰν μὲν ἐτείαν κεκοίμημαι (: καὶ νῦν φυλάσσω) [7]. Levi autem dicendi inconstantia atque ad veritatem agendi accommodate liberationem longinquæ stationis

---

[1] Verba incerta sunt.

[2] Pro codicis M καὶ νῦν δέ vulgo scribunt καινὴν δέ. Forsitan particula δέ eiecta explicandum sit: *audivi quemquam me invocantem* [et miratus sum quid esset]; *ita nunc quoque cum vos videam obstupesco.* Cfr PALEY ad hunc versum.

[3] Homeri aliquot locos adscribo: Α 109, Δ 12, Ε 604, Ψ 333, δ 193, κ 43, ο 542. Cfr etiam Eur. Phoen. 1199, Alc. 223, Cycl. 10, Med. 350. Rhes. 649.

[4] WOLFF-BELLERMANN [4] (p. 36) vertit: *"dass du schon jetzt"*. Potius *'nunc quoque ut antea'* coll. v. 282.

[5] Particulis καὶ νῦν tertia quoque vi *('at tamen nunc', 'nunc vero')* utitur Sophocles his locis: O. R. 948, Ant. 1165, Trach. 1013 (El. 839?), Euripides Hec. 494. Sed cum sic quoque novum aliquod adferant, hæc notio non magis quam prior illa *('ideoque nunc')* huic loco respondet.

[6] WECKLEIN quidem ex hac quoque verborum iunctura illum sententiarum nexum elicere vult (Or. p. 31), sed non persuadet.

[7] Similiter Soph. Ai. 1 sqq. ἀεὶ μὲν-δέδορκά σε : καὶ νῦν-σε-ὁρῶ.

a diis expetit excubitor pro eo, ut se diu vigilasse derecto audientibus narret. Tum vero aptissime ad ea quæ sequuntur transitur: *iam annum in statione fui et nunc quoque sum: sic enim regina imperat*[1].

Vocibus igitur φρουρᾶς ἐτείας μῆκος ad τῶνδε πόνων explicationis vice relatis si quis alia eius modi exempla quæret, hæc adferam Aeschylea: Sept. 374 sq. ἔχει δ' ὑπέρφρον σῆμ' ἐπ' ἀσπίδος τόδε, | φλέγονθ' ὑπ' ἄστροις οὐρανὸν τετυγμένον, 479 sq. τόδ' ἔργον ὤπασεν πρὸς ἀσπίδι, | Τυφῶν' ἱέντα κτλ., Ag. 1263 sq. τί δῆτ' ἐμαυτῆς καταγέλωτ' ἔχω τάδε, | καὶ σκῆπτρα καὶ μαντεῖα περὶ δέρῃ στέφη; Sept. 230 τούτῳ γὰρ Ἄρης βόσκεται, φόνῳ βροτῶν[2]. Neque accusativus qui dicitur adverbialis μῆκος quicquam difficultatis habere mihi videtur. Hermann[3] quidem ait, qui ἐτείας κατὰ μῆκος interpretati sunt, eos refutare nihil opus esse videri. Tamen inutile non fuisset, si addidisset summus ille quibus causis motus eam sperneret interpretationem. Si idem sentiebat ac postea Karsten[4] "languide hoc (μῆκος) additum esse", iam Wellauer[5] bene monuit μῆκος "defesso et impatienter exspectanti aptissimum esse"[6]. Cfr etiam Pers. 39 sq. ναῶν ἐρέται | δεινοὶ πλῆθος τ' ἀνάριθμοι, 344 sq. χιλιὰς μὲν ἦν | ὧν ἦγε πλῆθος. Herod. I 51, 1 κρητῆρας δύο μεγάθεϊ μεγάλους, II 108, 2 λίθους — ἐόντας μεγάθεϊ περιμήκεας, IV 191, 4; VI 44, 3, Thuc. III 98, 4, Xen. Anab. IV 2, 2, Aristot. Polit. 2.

Vv. **111—12.**

δίθρονον κράτος, Ἑλλάδος ἥβᾶν
ξύμφρονα τὰν γᾶν.

Dindorf ταγάν coniecturam Triclinii esse putat[7]. Sed

[1] Ad κρατεῖν = *imperare* cfr infra 942 et Nægelsbach p. 124.
[2] Cfr etiam mox infra v. 8 λαμπάδος τὸ σύμβολον, | αὐγὴν πυρός.
[3] p. 362.
[4] p. 117.
[5] p. 5.
[6] In eandem sententiam disserit Heusde (p. 153): "ἐτ. μῆκ. non sine tædio pronuntiatum".
[7] In lexico Aeschyleo p. 346.

iam in cod. *a* hæc lectio invenitur, et pro certo habeo codicis Medicei τὰν γᾶν ex antiquiore scriptura ταγάν esse corruptum. Statuo enim ταγάν in vetusto exemplari scriptum fuisse ΤᾹΓΑΝ, mensura dubia vel memorabili[1] prioris syllabæ notata. Velut in Iliade Bankesiana[2] a man. sec. (sæcul. VII vel VIII) λῦσον et iam in fragmento pap. Alcman.[3] col. 1 v. 30 ἔβᾱ col. 2 v. 24 ᾱ v. 34 λυδίᾱ νεᾱνίδων scripta videmus. Littera N autem in verborum exitu eadem nota antiquitus scribebatur[4]. Quare librarius — eius fortasse exemplaris, e quo *m* hunc versum exscripsit — sensu non respecto prave legere ac scribere potuit ΤΑΝ ΓΑΝ pro ΤΑΓΑΝ[5]. Videtur igitur ταγάν etiam codicis M archetypi fidem habere, id quod scholion in M adscriptum confirmat[6]. Atque ut vera lectio ταγάν ex alio quodam fonte in deteriores Agamemnonis codices (*a f h*[7]) flueret, fieri potuit. Credunt sane ταγά priorem syllabam corripere. Verum e radice τᾱγ[8] (τᾱγεύω, τᾱγέω) ut τᾱγός ita τᾱγή fingi potuit coll. ἀρωγός: ἀρωγή, et τᾱγή : ἐτάγην[9] = dor. πλᾱγά (rad. plāg[9]): ἐξεπλάγην. Apud Aristophanem quidem invenitur τᾰγή Lys. 105, sed Equ. 159 etiam metitur τᾰγός (R). Cfr εὐπηγής (Homerus, Apoll. Rhod.): εὐπᾰγής[10] (Theocritus) et alia eius modi. Neque illi Aeschyli ipsius τᾰγοῦχος[11] nimis tribuendum est. Ag. 143 πτάκα legitur, Eum. 327 autem *m* scripsit πτᾶκα,

[1] Cfr WATTENBACH, Anleitung p. 15, v. 3 a. i.

[2] WATTENBACH, Schrifttafeln I.

[3] Not. et Extr. XVIII: 2 N:o 70 (pl. L).

[4] GARDTHAUSEN p. 244, LEHMANN p. 3. Hoc compendium neglectum fortasse effecit codicis M scripturam θῆρα πατρῷα pro θῆραν πατρῷαν Cho. 250. Cfr etiam Sept. 902, Suppl. 230, 347, 453, 679, 726, Cho. 82, 140, 479, 611, 722. Contra infra 1487 πανεργέταν (*f*, *g*) pro — έτα eodem errore atque hoc loco videtur ortum esse.

[5] HEUSDE (p. 187) putat τὰν γᾶν ortum esse e scriptura τγ, sed talis breviatio in antiquioribus MMss. prorsus inaudita est.

[6] καὶ e scholio expellendum opinor.

[7] In *h*, ut HERMANN auctor est, scriptum est τᾶγάν.

[8] SAUSSURE p. 156.

[9] SAUSSURE p. 59, HUEBSCHMANN p. 96.

[10] SAUSSURE p. 156.

[11] Eum. 296.

quæ forma cur inprobetur nihil mihi sane occurrit. Quam ob rem coniecturis hoc loco videtur opus non fuisse.

Quod DINDORF scripsit ξύμφρονε ταγώ (probarunt KIRCHHOFF, WEIL[II], v. WILAMOWITZ, WECKLEIN) nullam habet palæographices commendationem, nec multo melius est VERRALLII ξύμφρονε τάγα[1]. Atque HERMANNI commentum τάγαν (a τάγης), quod KARSTEN, HEUSDE, PALEY, SCHNEIDEWIN adripuerunt, prorsus est reiciendum, nam ξύμφρων τάγης non magis dici potest quam *'concors rex'*[2]. Præclare autem post δίθρονον κράτος abstractum ξύμφρονα ταγάν *'concors regimen'* dicitur: duo quidem sunt reges Græcorum, sed concordi animo manus iuventutis[3] ducunt.

Vv. **125—29.**

κεδνὸς δὲ στρατόμαντις ἰδὼν δύο
λήμασι δισσοὺς
'Ατρεΐδας μαχίμους :
ἐδάη λαγοδαίτας
πομπούς τ' ἀρχάς.

Plerique editores (λήμασι) δισσούς *'(animo, voluntate) diversos'* interpretati opinantur Aeschylum voluisse dicere Calchantem propter discrimen Atridarum ad eos rettulisse aquilas colore discrepantes. At vero δισσοί aliis locis est *'bini'* vel *'duo'*. Ita δισσοὶ 'Ατρεῖδαι Soph. Ai. 57, 947, Eur. Hec. 510, Or. 818, cfr Cho. 865 sq. De rebus dictum aliquot locis est *'duo inter se diversi'* (Eur. Hipp. 928 sq. δισσὰς φωνάς —, τὴν μὲν δικαίαν, τὴν δ' ὅπως ἐτύγχανεν, Alc. 760 sqq., Androm. 516 sq.), sed nunquam nude *'diversi'*[4].

[1] Hanc viam corrumpendi facit: τάγγα, τάνγα, τὰν γᾶν. Unde autem σύμφρονα?

[2] Neque aliter iudicandum de BLOMFIELDII ταγόν.

[3] ἡβᾶν M (mutatum in ἥβαν, qua mutatione nihil frequentius, ut infra 698, Sept. 735). Forma plurali (ἧβαι) significantur nimirum *variæ diversarum regionum catervæ*, e quibus exercitus erat confectus. An ἧβαι = *adulescentes?* VERRALL confert Eur. Ion. 477 νεανίδες ἧβαι. Cfr etiam quod Sueci dicimus "ungdomar" et mox 129 ἀρχάς *(duces)*.

[4] WECKLEIN (Orestie p. 40) adfert Soph. El. 645; sed ibi de duo-

Vt tamen δισσοί hoc loco sit '*diversi*', quænam fuerit illa regum dissimilitudo quæritur. Menelaum minus fortem quam Agamemnonem fuisse putant alii [1]. Verum Atridas cum Aeschylus pares fortitudine (cfr v. 48) faciat [2], credunt alii diversa captos fuisse belli cupiditate tum cum bellum parabatur [3]. Atque Agamemnonem fuisse tardiorem KLAUSEN [4] arbitratur, Menelaum HEUSDE [5]. Præclaram vero vatum artem, qua res tam nullo similitudinis vinculo coniunctas divino quodam instinctu conectere possint! Novum saltem videtur duo paria conferre, non quod illa inter se sint similia, sed quia utrumque par inter se dissimili ratione dispar est [6]. Accedit quod coloris illud discrimen nisi propter perspicuitatem narrationis adlatum non videtur, in eam autem rem, quam maximi fuisse momenti apparet, in leporem (vel lepores [7]) comedendum, aquilæ prorsus conspirabant.

Quibus fortasse consideratis aliquot editores [8] receperunt DINDORFII coniecturam λήμασιν ἴσους coll. v. 112. Sed valde dubitandum est, an poetæ tragici ἴσος priore syllaba producta nunquam usurpaverint [9]. Præterea non magis conferendi cum aquilis Atridæ sunt, quia inter se similes sunt, nisi etiam aquilarum sunt similes. Hoc vero dicit poeta, si modo μαχίμους prædicatum, quod dicunt, non attributum esse in-

---

-bus somniis non agi, δισσῶν autem explicandum ἀμφιβόλων ELLENDT-GENTHE in Lex. Soph. (p. 175) recte monet (cfr Electra, SCHNEIDEWIN-NAUCK [8] p. 90).

[1] HERMANN, PALEY, WECKLEIN ("Verschiedenheit des Charakters" l. l.).

[2] Cfr etiam Homeri δουρὶ κλειτός, ἀρηίφιλος, ἀρήιος Μενέλαος.

[3] Nam duces tum, cum in bellum proficiscebantur, inter se consensisse Aeschylus paulo ante (v. 112) dixit.

[4] p. 113.

[5] p. 185.

[6] AHRENS (p. 275) δύο cum ABRESCHIO ad λήμασι relato interpretatur: *cum videret binos* (διssοὺς) *Atridas diversam bellandi causam habere*, quæ conversio grammatica quoque difficultate laborat.

[7] Vide VERRALL p. 12.

[8] WEIL, ENGER, SCHNEIDEWIN.

[9] Vide Ae. fragm. 216 εἴ μοι γένοιτο φᾶρος ἴσον ἐν οὐρανῷ ubi non nulli scribere volunt ἶσον οὐρ., DINDORF ipse coniecit οἷον οὐρ.

tellegatur. Nam μαχίμους et λαγοδαίτας (cfr θούριος v. 114)[1] inter se opponuntur[2], δισσούς autem legitime vertendum est *'binos'*. Sententia igitur est: *'Cum vates binos Atridas animo bellicosos esse videret, intellexit aquilas rapaces* (sc. quid portenderent)'.

Sed de illo δύο, quod superest, quid faciendum? Persuasum habeo voci δισσούς superscriptum vel adscriptum, in orationem scriptoris posteaquam inrepsit, vocabulum aliquod bisyllabum expulisse, quod quid fuerit sciri nequit. Atque exstat in *h* explicatio τοὺς δύο, quæ potest ex antiquo fonte esse petita[3]. Animadvertas etiam velim scholion, quod in *f* et *h* exstat: ἤγ. εἰκόνισεν εἶναι τοὺς (δύο *f*) ἀετοὺς τοὺς δύο Ἀτρείδας.

Vv. 133—35.

πάντα δὲ πύργων
κτήνη προσθετὰ δημιοπληθῆ
μοῖρ' ἀλαπάξει πρὸς τὸ βίαιον.

Hic tam difficilis locus, quæ est vaticiniorum obscuritas, nondum satis illustratus est. Quod Paley[4] et Verrall[5] verba πάντα δὲ πύργων κτἑ. sententiæ superiori opposita putantes de Græcorum ipsorum pecudibus consumptis existimant dicta esse, id quidem videtur plane inprobandum.

Nam e voracitate aquilarum non potest concludi eos antea fame confectos fuisse[6] (natura enim sunt rapaces), neque ἀλαπάζειν (vel λαπάσσειν) hic de copiis deficientibus usurpari potest, cum semper significet *'hostiliter vastare'*

---

[1] Contra v. Wilamowitz μαχίμους cum voce λαγοδαίτας coniungit (Ag. p. 11).

[2] Sic etiam verbo ἰδών propria vis redditur. Quod ut fieret, Verrall (p. 187) finxit vocabulum λίμμα (λίμμασι δισσούς), quod vult significare *'color'* (parmarum).

[3] Vt Ag. 731 πολέμοις, vide Wecklein, Studien zu Ae. p. 94.

[4] p. 357.

[5] p. 13.

[6] Verrall p. 13. Quod auctorem adfert Weckleinium, errat, nam doctissimus ille vir alia verba aliter convertit.

(de locis, Sept. 47) vel *'domare'* (de hominibus, Hom. E 166) vel *'vastando eripere'* (de rebus, ρ 424 et hoc loco)[1]. Accedit quod quæ sequitur sententia, si hæc ita vertitur, cum superioribus male coniungitur. Quare amplector sententiam interpretum fere omnium ceterorum, hæc ad vastationem opum Troiæ referentium. De singulis quidem multa inter eos est dissensio. δημιοπληθῆ i. e. ὄντα πλῆθος (τῶν) δημίων[2] vel δήμια καὶ παμπληθῆ ὄντα puto hic magna vi esse positum. Nam lepore prægnanti ab aquilis cum odio Dianæ devorato vates intellexit portendi Atridas Troia capta non solum divitias a Paride raptas[3] recuperaturos, verum etiam templa populi nefarie spoliaturos esse. Et κτήνη δημιοπληθῆ populi Troiani opes in templis servatas significare putandum est coll. Ag. 350—52, 354, Sept. 161 ἱερῶν δημίων. Itaque non hæreas in iis quæ WEIL[4] scripsit: "opes Troianorum populares fama multo minus celebratæ sunt quam regiæ Priami divitiæ"[5]. Atque κτήνη, quanquam alibi est *'pecora'*, hic ad similitudinem quandam pullorum leporinorum pro κτήματα[6] scriptum esse credo. Cfr etiam κτέατα, quod alibi significat κτήματα, Hom. ρ 471 κτήνη, pecora. Verbo autem πρόσθετα (*additicia* i. e. *insuper*) — nam sic cum PAUWIO, HERMANNO[7],

---

[1] Ad ἀλαπάζειν πρὸς τὸ βίαιον cfr Sept. 47 λαπάζειν ἄστυ Καδμείων βίᾳ.

[2] Cfr TESSING p. 81 (et 80), πολλὰ δήμια HERMANN. Male TODT (p. 24) *"publice plena"*. Absurde autem AHRENS (p. 278), κτήνη δημιοπληθῆ enarrans κτήνη τοῦ δημίου πλήθους, δήμιον πλῆθος convertit *"die leute aus der volksmasse"*. γυναικοπληθὴς ὅμιλος (Pers. 126), hoc modo redditum, esset *'conventus femineæ plebis'* pro *'conventus frequens feminarum* (i. e. c. multarum f.)'. Ceterum δήμιος est *'popularis'*, non *'plebeius'* (cfr infra 645). Quam ob rem si AHRENSII coniectura (πρὸς δέ, l. l.) admittenda esset, verti debebat: *'opes domus regiæ* (πύργων) *atque etiam populi'*.

[3] Hom. H 350, 363, 389 sq., N 626, X 114 sqq.

[4] p. 15.

[5] Neque audiendus AHRENS (p. 278): — — "es wäre seltsam, wenn der seher nur von plünderung des öffentlichen eigenthums, nicht der privatschätze redete".

[6] Sic etiam scholiasta M et Hesychius.

[7] HERMANN (p. 377) minus recte intellexit *"opes collatas a populo"*.

WILAMOWITZIO[1] pro codicis M προσθετὰ[2] legendum videtur — hoc enuntiatum cum superiore (ἀγρεῖ πόλιν ἅδε κέλευθος) coniungitur: urbs (= lepus) capietur atque insuper opes eius (= pulli) diripientur.

Vv. **136—41.**

οἷον μή τις ἄγα
θεόθεν κνεφάσῃ προτυπὲν στό-
μιον μέγα Τροίας
στρατωθέν. οἴκῳ γὰρ ἐπί-
φθονος Ἄρτεμις ἁγνὰ
πτανοῖσιν κυσὶ πατρός.

Haud scio an προτυπέν sit *'a fronte percussum'*[3] (cfr προήκης, προθήγω, πρόκλαστος, προμελαίνω, προτέμνω): frenum, formam exercitus habens[4], a fronte percutitur, si duces exercitus detrimentum capiunt. Quapropter poeta addit οἴκῳ γὰρ ἐπίφθονος — — κυσί i. e. *cum domus* (= Atridarum, cfr 167 οἴκοις βασιλείοις, 247, 590) *damno Diana aquilis irascitur.* Cfr infra 437 συνορμένοις, 578 ἡμῖν, 583 θεοῖς, 737 δόμοις, 1260 κότῳ, 1505 νεαροῖς, Prom. 480 θνητοῖς, Hom. H 314 sq., Soph. Ai. 716 sq., Thuc. V 70[5]. Qui

---

[1] V. WILAMOWITZ sine causa scripsit πόργῳ — δημιοπληθέι.

[2] Ceteri omnes præter AHRENSIUM et KARSTENIUM, qui πρὸς δὲ τά scripserunt, cum *f*, *h* ediderunt πρόσθε τά. At illud πρόσθε, ut voci δημιοπληθῆ (*"des Volkes Besitz einst"* FRANZ, NÆGELSBACH) non potest applicari — nam etiam tum, cum rapiebantur, opes populares erant —, sic cum ἀλαπάξει inepte coniungitur (BLOMFIELD, HEUSDE), cum ante Troiam captam opes non possent diripi neque eius modi interpretatio in ipsum omen quadret. Nec KLAUSEN probabiliter πρόσθε ad πύργων traxit hac explicatione addita (p. 113): "bona ex urbe, e moeniis erepta in castra ad naves portantur". Ceterum illud τά supervacaneum vel dicam huic loco alienum est.

[3] *"Procusum"* KLAUSEN (p. 113), *"iam antea violatum"* WELLAUER (p. 17), *"prius percussum"* HERMANN (p. 378, olim *"irrumpens"*).

[4] στρατόω *'als ein heer gestalten'* ut πυργόω *'als ein thurm gestalten, aufthürmen'* Ar. Ran. 1002, Pacis 733, Eur. Suppl. 998, Med. 526, ὀρκάνα πυργῶτις Sept. 333 (στρατιῶτιν ἀρωγάν Ag. 47). Cfr DAHLGREN p. 91. Cfr etiam quæ adfert verba HEUSDE (p. 187) ἀνθρακόω, ἀνδρόω.

[5] Cfr BERNHARDY pp. 85 sqq., MATTHIÆ § 394, KUEHNER § 423, 24.

οἴκῳ retinent (nam multi — SCHUETZ, AHRENS, WEIL, WECKLEIN, v. WILAMOWITZ — textum mutant) vulgo κυσί cum οἴκῳ iungunt, ut κυσί de Atridis intellegendum sit, signo cum re significata confuso [1]. Sed mira esset talis confusio, et in iis quæ sequuntur (vv. 142—44) de ipsis aquilis agi sponte apparet. De cena Thyestea [2] nullum verbum video [3]. Neque opus est cum KLAUSENIO [4] et PALEIO [5] omni probabilitate spreta scelus aliquod requirere ab Agamemnone contra Dianam ante commissum, ab Aeschylo autem nullo verbo commemoratum. Aquilis enim irata est Diana, quod animal prægnans divulserunt. Hæc invidia in Atridas recidit, quorum consilium Troiæ misere delendæ avium voracitate præmonstratur [6]. Sed nisi in Troia expugnanda crudeles et sacrilegi forent (cfr Ag. 532), tale tam odiosum augurium iis non fuisse venturum credendum est.

Vv. 183—85.

Ζῆνα δέ τις προφρόνως
ἐπινίκια κλάζων
τεύξεται φρενῶν τὸ πᾶν.

VERRALL cum vulgatam vocis φρενῶν interpretationem falsam iudicaret, vocabulo τοπή ficto scripsit τεύξεται φρενῶν τοπάν, quæ vertit "*will be right in the guess of his thought*" [7]. Verum non licet dicere τυγχάνω τοπήν: dicendum erat τυγχάνω τοπάζων. Potest autem lectio codicum servari, etiamsi adsentiamur VERRALLIO hæc scribenti [7]: "φρένας ἔχειν is not 'to be wise' but *to have a consciousness* or *be conscious* — — —, φρενῶν ἐπήβολος is a synonym not of σοφός but of ἔννους and means *possessed of his*

---

[1] Vide BLOMFIELDIUM p. 182, et eodem fère modo KLAUSEN, HEUSDE, NÆGELSBACH, PALEY, neque multo aliter VERRALL.
[2] NÆGELSBACH (p. 130) et VERRALL (p. 15).
[3] Cfr PLANCK pp. 15 sq.
[4] p. 114 sq.
[5] p. 357 sq.
[6] Cfr FLEISCHMANN p. 293, 295 et PLANCK pp. 17 sqq.
[7] p. 190.

intellect, marking the difference between the man and the infant". Aeschylus enim facit eum, qui diis contemptis scelus committat, mentis non satis compotem. Vide v. 233 τάλαινα παρακοπὰ πρωτοπήμων, v. 404 διώκει παῖς ποτανὸν ὄρνιν, Suppl. 115, alibi. Qui autem voluntate (προφρόνως[1], cfr Cho. 476, Hesych. προθύμως) deo confidit pieque vivit, sanam mentem semper habebit (φρένες *sana mens* v. 485, Solon frg. 33, Soph. O. C. 805, Ant. 492). Sed quisquis sponte non sapit (modum non servat), eum invitum (ἄκοντας) mente sua uti, resipiscere (φρονεῖν 186, σωφρονεῖν 191) deus cogit.

Vv. **189—90.**

στάζει δ' ἔν θ' ὕπνῳ πρὸ καρδίας
μνησιπήμων πόνος.

Versus 189 vulgo corruptus habetur. Hermann quidem et Paley scripturam codicum retinent hanc desperatam explicandi viam ingressi[2]: πόνος ἔν τε ὕπνῳ στάζει τὸ σωφρονεῖν, καὶ παρ' ἄκοντας ἦλθε τὸ σωφρονεῖν. Ac Verrall[3], ut textus servandi causa abstrusissima quæque atque etiam incredibilia solet investigare et protrahere, scribit στάζει δ', ἔνθ' ὑπνῷ, πρὸ κ. μνησιπ. πόνος, ubi subiectum intellegitur τὸ πάθος, quo πόνος sit applicatum. Vertit autem: "*the hurt* (wound), *wherever it sleeps i. e. wherever there is such a dormant hurt, bleeds and its ache keeps before the mind the memory of the hurt*". At ne dicam de difficultatibus grammatices, haud intellego quid sibi velit hoc 'vulnus' iam sanatum (sopitum) rursusque recrudescens. Sane adfirmat Verrall, si ὕπνος cogitandus

---

[1] Huius verbi Verrall sumpsit notionem '*prophetically*', quia schol. M ἐπὶ ἐλπίδι νίκης "has nothing to go upon except προφρόνως thus interpreted" (l. l.). Sed manifestum est hanc explicationem ad ἐπινίκια pertinere, quod vocabulum scholiasta de carminibus ante pugnam victoriæ exoptatæ ergo dictis intellegit. Cfr Schol. Thuc. I 50, Thuc. IV 43, Xen. Anab. I8, 12. Cfr etiam Schuetz, comm. p. 178.

[2] Paley p. 361.

[3] pp. 20, 234.

sit esse vulnere laborantis, omnino de hoc loco esse desperandum. Non credo, dum modo legamus στάζει δ' ἔνθ'[1] ὕπνῳ[2] πρὸ καρδίας κτλ. — ἔνθα est *'tum'* i. e. *'quæ cum ita sint'* (ut Hom. Θ 130, Theocr. XXV 100) vel potius *'in tali re'* (de rebus iteratis Hom. Δ 345, β 104, Plat. Phædr. 249 B[3]); ὕπνῳ sine ἐν (ὥρῃ Hom. B 468, γήρᾳ O. C. 702), fortasse pondere quodam addito *'in somnis potissimum'* (νυκτί Hom. ο 34[4], Eur. Hipp. 106, καιρῷ Soph. O. R. 1516), positum est. Converto igitur: *'nam tum* (i. e. ubi hoc agit Iuppiter) *ante mentem*[5] (v. *iuxta cordem*[6]) *in somnis potissimum*[7] *labor* (angor) *mali adlati* (sceleris commissi) *admonefaciens identidem versatur*[8]. Levissimam Iovis per dolorem admonitionem, mentis sollicitudinem, chorus commemorat. Quare addit: *'et hoc, opinor*[9], *gratia numinum est'*.

Vv. **267—69.**

πέλοιτο δ' οὖν τἀπὶ τούτοισιν εὔπρα-
ξις, ὡς θέλει τόδ' ἄγχιστον Ἀπίας
γαίας μονόφρουρον ἕρκος.

Lobeck εὖ πρᾶξις distinxit[10], quod probarunt Klausen, Franz, Karsten, Keck, Enger, Paley, v. Wilamowitz. Weil[11]

---

[1] Edd. Vict. et Cant., ut Heusde auctor est, ἔνθ' præbent.

[2] Præceptor meus Danielsson εἰν ὕπνῳ opinatus est. Cfr Suppl. 883, Soph. Ant. 1241, Eur. Alc. 436.

[3] Cfr Soph. El. 1043 ἔστιν ἔνθα *'est ubi'*.

[4] Cfr Ameis-Hentze Krit. Anh. ad hunc versum.

[5] Cfr 987 sq. δεῖμα προστατήριον καρδίας, Weil ad hunc versum (Ag. p. 19), v. Wilamowitz, Herakles ad v. 833, Pind. Ne. VII 24 (35) ἦτορ.

[6] Cfr infra 825, Cho. 1022 πρὸς δὲ καρδίᾳ φόβος, Sept. 276 γείτονες δὲ καρδίας | μέριμναι.

[7] Cfr Cho. 32 sqq., Iuvenal. XIII, 220 sqq.

[8] Cfr Rhes. 565 sq. ἦ κενὸς ψόφος | στάζει δι' ὤτων;

[9] πού hic est modeste et eo ipso acriter confirmantis (cfr Nægelsbach p. 133), non dubitantis (sic tamen vertunt vulgo, nisi ποῦ scribunt), qua vi de dis eorumque factis sæpe usurpatur. Antiquissimum exemplum Hom. A 178; præterea Ξ 120, Sept. 501, Soph. Ai. 489, Theocr. XVII 73. Vide etiam infra 1646.

[10] Cfr supra 124, Sept. 34, Cho. 940.

[11] p. 24.

quidem confirmat etiam minus [quam εὔπραξις] ferri posse εὖ πρᾶξις. quod v. 505 non satis defendatur, atque adsentiuntur WECKLEIN[1] et VERRALL[2]. Sed cum cur ita censeant non adferant, concessum mihi sit nihilo minus contendere πρᾶξις εὖ πέλοιτο prorsus similiter dictum esse ac προσθήκη εὖ πέλοι (v. 505). εὖ enim ad πέλοιτο trahendum est[3], qua de re etiam hi loci conferendi: Hom. I 324 κακῶς δ' ἄρα οἱ πέλει αὐτῇ. Ae. Suppl. 129 θεοῖς δ' ἐναγέα τέλεα[4] πελομένων καλῶς ἐπίδρομα. πρᾶξις autem εὖ (τινι) πέλεται quasi passivi vice fungitur locutionis quæ est εὖ πράσσει (τις)[5].

Τἀπὶ τούτοισιν alii aliter interpretati sunt: *'in posterum'* (KLAUSEN, ENGER), *'quod ad futura attinet'* (BLOMFIELD), *'in reference to what is next to come'* (PALEY), *'das weitere anlangend'* (SCHNEIDEWIN), *quod attinet ad illa* (sc. sacra, HEUSDE p. 211: "Quum vs. 97 τούτων — legatur, haud obscurum est, τἀπὶ τούτ. de iisdem sacris, quæ chorus fieri videbat, dici"). Quæ HEUSDII interpretatio absurda est iam ob locorum intervallum[6] (prope 200 versuum) atque etiam falsa, neque ulla ceterarum hic prorsus approbanda. Nam ἐπὶ τούτοις est *'secundum illa'* (sueth. *'derpå'*, fr.g. *'ensuite'*, Xen. Cyrop. V 5, 21, VI 3, 10, ἐπὶ τοῖσδε *'secundum hæc'*, Soph. Trach. 1252, Eur. Phoen. 1240) et τἀπὶ τούτοις, τοῖσδε vel substantive dicitur *'quæ secundum illa (hæc) facta sunt* vel *fient'* (sueth. *'det näst efter detta'*, Thuc. I 65, 1, Herod. IX 78[7], Ar. Plut. 57) vel adverbialiter

[1] Or. p. 143 "die einfache Scheidung genügt nicht".

[2] p. 29 "no better".

[3] FRANZ et PALEY (vide etiam BERNHARDY Syntax p. 838) εὖ πρᾶξις accipiunt = τὸ εὖ πράσσειν. Non recte credo. Cfr etiam Soph. O. C. 642.

[4] Pro τέλεα puto legendum esse μέλεα, nam in stropha et antistropha de diversis chori vocibus agitur, cfr. v. 121 ἰηλέμοισιν, 122 γόοις, 124, 125 αὐδάν. Cfr etiam Suppl. 816 sqq., Prom. 574 μοὶ μέλος προσέπτα, Eum. 955.

[5] Potest etiam verti *'exitus bonus est'* coll. Hom. Ω 524 οὐ γάρ τις πρῆξις πέλεται γόοιο, Pind. Ol. I 87 (136) πρᾶξιν φίλαν δίδοι.

[6] Præterea sacrum in scæna non agitur, cfr WECKLEIN, Studien zu Ae. pp. 98 sqq.

[7] His locis pro *'secundum'* etiam verti potest *'ultra'*.

'quod attinet ad ea quæ secundum illa (hæc) facta sunt vel *fient'* (sueth. *'hvad det efter detta vidkommer'* Eur. Phoen. 1208, τἀπὶ τῷδε Ion. 256[1], τοὐπὶ τῷδε Or. 1452, τἀπὶ τοιοῖσδε I. A. 435; cfr Ae. Suppl. 184 τἀπὶ χέρσου *'quod attinet ad ea quæ in terra fient'*) atque ita hoc loco. Hæc igitur ad τὸ μέλλον 263 (de remotiore tempore dictum) referri non possunt, quod iam particulæ illæ δ' οὖν demonstrant[2]. Significant enim[3]: quoquo modo illa res se habet (sc. supplicium Agamemnoni manens), hoc utique opto, ut cet. Neque *res quæ proxime sequentur* vel *ceteræ res* apte intellegi possunt; nam quæ tandem illæ sunt? Obscurius quam par est nimisve universe id dictum esset, præsertim cum addatur ὡς θέλει τόδε ἕρκος, quæ verba ad certum quiddam et definitum spectare manifestum est. Ergo τούτοις ad tempus præteritum atque ad verba illa τὰ δ' ἔνθεν (259) referendum puto. τὰ δ' ἔνθεν i. e. *mactationem Iphigeniæ*[4] diserte commemorare chorus timet eademque de causa hic tantummodo dicit: *quod attinet ad id, quod secundum illa* (sc. mactationem) *factum est*. Id autem bellum erat Troianum. Postremo igitur chorus redit ad ea, a quibus exorsus erat (cfr vv. 67 sq. ἔστι δ' ὅπῃ νῦν ἔστι) et de quibus aliquid se cogniturum esse sperabat (vv. 83 sqq. et mox 273—75).

Quæ sequuntur verba ὡς θέλει — ἕρκος de Clytemestra sunt accipienda[5], nam ad chorum ipsum relata[6] iterationem

---

[1] His quoque locis pro *'secundum'* verti potest *'ultra'*.

[2] WECKLEIN, intellegens v. 267 ad τὸ μέλλον spectare non posse (Studien zu Ae. p. 107, Or. p. 143) et hoc modo scribens: εὖ, πρᾶξιν ὧν θέλει — ἕρκος, vertit *"möge es nur gut stehen um das, was Klytämestren hierher führt"* (Or. p. 80). Quid autem id est? Ceterum τἀπὶ τούτοισιν eam vim non habere supra ostendi.

[3] Vide quæ disseram ad v. 681.

[4] Cfr KLAUSEN-ENGER p. 141, WECKLEIN, Studien zu Ae. p. 107, Or. p. 49, VERRALL p. 27. Quæ aliquis dicit se non velle ἐννέπειν *(narrare)*, ea non nescit; ergo de futuris ("incerto rerum eventu" HEUSDE p. 210) non agitur. Ceterum si τὰ δ' ἔνθεν ad τὸ μέλλον referretur, id redundanter dictum esset, ut ait FLEISCHMANN (p. 305).

[5] Ita SCHUETZ, FRANZ, HERMANN, WEIL, KLAUSEN-ENGER, NÆGELSBACH, HEUSDE, SCHNEIDEWIN, v. WILAMOWITZ, WECKLEIN. Cfr etiam Soph. Phil. 462 sq.

[6] BLOMFIELD, KLAUSEN, KARSTEN, PALEY.

nequaquam tolerabilem efficiunt: bene eveniant res, ut ego volo[1]. Certe WEIL post KARSTENIUM contendit: "Clytemestra choro suspectior est quam ut eius vota sua faciat"[2], atque adstipulatur KECK[3]. Sed hæc dubitatio non recti est iudicii. Quin Clytemestra bellum bene finitum vellet, nondum quisquam potuit dubitare; cfr vv. 11 ἐλπίζον κέαρ, 28 εὐφημοῦντα τῇδε λαμπάδι, 273 sq., 278 χάρμα, 288 ἦ σ' ἐπίανεν, 360 τὸ δ' εὖ κρατοίη, 592 ἀνωλόλυξα μὲν πάλαι χαρᾶς ὕπο, 599 sqq., 607 sq., 886, 956, 1371 πολλῶν πάροιθεν καιρίως εἰρημένων κτλ.[4]. VERRALL quidem negat ἕρκος ad Clytemestram posse spectare, quod "γαίας ἕρκος is not a possible description of a person or persons"[5]. Sed iam BLOMFIELD in glossario (p. 204), quod utinam VERRALL inspexisset, ad hunc locum confert Hom. H 211 τοῖος ἄρ' Αἴας ὦρτο πελώριος, ἕρκος 'Αχαιῶν. Adde Pers. 352, Eum. 704 ἔρυμα χώρας (de areopagitis).

V. 285.

In scholio legendum εἰ μή πως. E scriptura ΠΩ (Σ) codicum πω (M) et τις (*h*) videntur fluxisse.

Vv. 298—301.

ὑπερτελής τε πόντον ὥστε νωτίσαι
ἰσχὺς πορευτοῦ λαμπάδος πρὸς ἡδονὴν
πεύκη τὸ χρυσοφεγγὲς ὥς τις ἥλιος
σέλας παραγγείλασα Μακίστου σκοπάς.

[1] Ceterum cfr HERMANN ap. KECK. p. 255 et WEIL Ag. p. 24.

[2] Qua de causa textum mutat.

[3] Ideo KECK μονόφρουρον ἕρκος vertit (p. 256): *"die von einer einziger Hüterin geschützte Burg"*: "des Palastes Wünsche kann der Chor sich schon zu eigen machen"; at quidnam sub hoc nomine intellegi potest nisi ipsa regina (atque ii, qui circa eam erant)?

[4] Præterea, ut primo quoque tempore bellum feliciter succederet, re vera Clytemestræ optandum erat, ut poenas quam celerrime ab Agamemnone posset sumere.

[5] VERRALL p. 29. Ipse (p. 28) ἕρκος vertit *"the ancient fortress of Argos"* atque, interpunctione mutata, τόδ' ἄγχιστον (*"our nearest concern"*) ἕρκος explicationem facit verborum τἀπὶ τούτοις (*"the immediate sequel"*), tempus cum loco confundens.

Hos versus nondum satis certe constitutos vel explanatos etsi me posse expedire minime adfirmaverim, tamen de singulis quæ mihi videntur veri similia exponam. Si ὑπερτελής a τέλος, ut fit, ductum putamus, vertendum est *'finem superans'*[1] coll. ἀτελής *'ad finem non perveniens'*, ἐπιτελής *'ad finem perveniens'*, et ita fere AHRENS[2], SCHNEIDEWIN, WECKLEIN[3]. Quæ vis cum in hoc tam ingens maris spatium et in verba πόντον ὥστε νωτίσαι[4] (nam mare transire flammæ erat necessarium) non bene quadret, ὑπερτελής a verbo ὑπερτέλλειν[5] hoc loco appellatum videtur, ut sit *'supra surgens'* vel *'eminens'*.[6] coll. ὑπερπετής (πίπτω et πέτομαι), ὑπερτενής (ὑπερτείνω), ὑπερφανής (ὑπερφαίνομαι). Et sic eleganter verti potest Eur. Ion. 1549 sq. τίς οἴκων θυοδόκων ὑπερτελής | ἀντήλιον πρόσωπον ἐκφαίνει θεῶν;[7] Hanc interpretationem probabilissimam puto etiam Soph. Trach. 36 ἄθλων τῶνδ' ὑπερτελὴς ἔφυ[8] coll. Eur. Bacch. 904 sq. εὐδαίμων ὃς ὕπερθε μόχθων ἐγένετο, I. T. 602 ἐκδῦναι κακῶν.

V. 299 πρὸς ἡδονήν vulgo non recte mihi videntur vertisse (*"læte"*, *"lustig"* KLAUSEN, KARSTEN, SCHNEIDEWIN, KECK, NÆGELSBACH, WECKLEIN, *"zum Spiel"* v. WILAMOWITZ, *"unreluctantly"* VERRALL, πρ. ἡδ. πεύκης *"ut pro libitu luxuriaretur flamma"* HERMANN). Nam tragici πρὸς ἡδονήν prædicative, ut aiunt, adiectivi vice usurpant = *gratus*, *iucundus*. Prom. 510 sq. χροιὰν τίνα | ἔχοντ' ἂν εἴη δαίμοσιν

[1] Hesychius: ὑπὲρ τὸ τέλος ἀφικόμενος.

[2] *"übervollkommen"*, pp. 488 sq.

[3] *"ein Übriges leistend"* Or. p. 52, cfr p. 144.

[4] VERRALL (p. 31) nullo modo potest mihi persuadere hæc verba ex ἰσχύς sic pendere: *strues* (πεύκη), *robur flammæ* (i. e. quæ roboraret flammam), *ut mare transgrederetur*.

[5] Cfr hos locos, ubi ὑπερτέλλειν invenitur usurpatum: Herod. III 104, 2, Eur. Or. 6, Hec. 1010, Phoen. 1007, fragm. 772.

[6] Vim *'super eminens'* iam HERMANN huic voci vindicavit (II p. 392).

[7] Quare non opus erat AHRENSIO (p. 488) ὑπερτεγής conicere.

[8] Schol. explicat ἀντὶ ὑπὲρ τὸ τέλος γέγονεν; deinde autem: ἢ ὑπέρτερος αὐτῶν ἐστιν, ἐγκρατὴς καὶ ὑπεράνω. (WUNDER-)WECKLEIN a τέλος *'munus'* ὑπερτελής fictum esse sumit.

πρὸς ἡδονήν, Soph. El. 921 οὐ πρὸς ἡδονὴν λέγω τάδε; fragm. 60 ἐν δεσμοῖσι δραπετὴς ἀνὴρ | κῶλον ποδισθεὶς πᾶν πρὸς ἡδονὴν λέγει, Eur. Med. 773 δέχου δὲ μὴ πρὸς ἡδονὴν λόγους, I. A. 1022 sq. πρὸς ἡδονὴν φίλοις | σοί τ' ἂν γένοιτο — — τάδε. Atque similiter apud prosæ orationis scriptores Herod. III 126, 3 ὡς οὐ πρὸς ἡδονήν οἱ ἦν τὰ ἀγγελλόμενα (*cum ei grata non essent:* Bæhr), Thuc. II 65, 9 πρὸς ἡδονήν τι λέγειν[1]. Quo autem πρὸς ἡδονήν hoc loco referendum? Conieci[2] pro πεύκῃ τό legendum esse ΠΕ<Φ>ΥΚΕ[ΤΟ] *i. e.* πέφυκε. Posteaquam — littera φ iam in antiquissimo codice exstincta — πεύκῃ legebatur, librarius aliquis τό addidit versus explendi causa. Pariter v. 1418, ubi pro Θρῃκίων ἀημάτων errore scriptum erat Θρῃκίων λημμάτων, ad metrum sanandum particula τε (Θρ. τε λημμ.) est inculcata[3]. πρὸς ἡδονὴν πέφυκε = *'est quasi natura gaudio'* (natura enim est talium signorum esse gaudio videntibus) vel tantummodo *'est gaudio'* coll. Soph. El. 236, O. R. 593, Trach. 36, *O. C.* 1444. πέφυκε, non ἐπεφύκει vel ἔφυ, poeta scripsit, velut 305 et 317 præsens historicum scriptum videmus. Totum igitur locum verto: *'et[4] super* (montis cacumen) *surgens, ut mare eam per dorsum suum transferret[5], vis facis missæ gaudio est, postquam solis similis lumen aureum ad speculam Macisti nuntii vice pervexit'*[6].

---

[1] Cfr etiam Prom. 276 sq. ὡς δ' ἥμαρτες οὔτ' ἐμοὶ λέγειν | καθ' ἡδονὴν σοί τ' ἄλγος, Thuc. VI 17, 4 εἴ τι καθ' ἡδονὴν λέγοιτο. Soph. O. C. 1776 τῷ κατὰ γῆς — — πρὸς χάριν (πράσσειν): *'placiturum'* (Ellendt-Genthe).

[2] Agamemnon, öfvers. p. 60.

[3] Ob eandem causam v. 352 in *f* et *h* γε est additum.

[4] Si τε ferri non potest (Hermann II p. 392, Verrall p. 32, *cfr* tamen infra 678, Eur. Hipp. 405), facillimum est mutare τε in δὲ, quæ voculæ sæpissime confusæ sunt, cfr Pers. 109, 781, Suppl. 580, Cho. 544, Eum. 385, Eur. Hipp. 397, 692, 1019, 1203, Herc. F. 604, 845, 948, 1377.

[5] Cfr Ahrens pp. 490 sqq.

[6] Forsitan tamen codicum lectio omnino retineri possit, si virgula post ἐξεδέξατο exstincta, post ἡδονήν addita illud verbum ad ea quoque quæ sequuntur referimus (ita fere iam Hermann). Tum convertendum esset: *'ingentem flammam ex insula excepit cacumen Athonis atque facis*

Vv. **355—59.**

δεῖ γὰρ πρὸς οἴκους νοστίμου σωτηρίας,
κάμψαι διαύλου θάτερον κῶλον πάλιν.
θεοῖς δ' ἀναμπλάκητος εἰ μόλοι στρατός,
ἐγρήγορον τὸ πῆμα τῶν ὀλωλότων
γένοιτ' ἄν, εἰ πρόσπαια μὴ τύχοι κακά.

Hi versus ab omnibus fere editoribus vexati sunt usque a CANTERO ad WECKLEINIUM, cui quidem placuit AHRENSII transpositio (355, 357, 356, 359, 358, τύχοι insuper in τεύχοι mutato), "welche allein die Schwierigkeiten der Stelle beseitigt"[1]. Percenseamus igitur illas quæ monitæ sunt difficultates. Quin 356 pro epexegesi quadam versus 355 recte habeatur, iam[2] nemo dubitaverit coll. Suppl. 412 sqq.: δεῖ τοι βαθείας φροντίδος σωτηρίου, | δίκην κολυμβητῆρος ἐς βυθὸν μολεῖν | δεδορκὸς ὄμμα μηδ' ἄγαν ᾠνωμένον[3], 422 μῶν οὐ δοκεῖ δεῖν φροντίδος σωτηρίου;

Versum sequentem (357) multi[4] mutaverunt, ut contraria prodiret sententia, quia versus 357—59 versibus 350—52 repugnare credebant. At primum 352—54 proxime spectare ad pericula, quæ ante reditum Græcis inminebant, ex 355 sq. intellegitur[5], 357 sqq. autem de tempore post reditum (μόλοι) dicti putandi sunt. Tum verba ἐγρήγορον[6] τὸ

---

ex voluntate proficiscentis vis tam alte surgens, ut mare eam per dorsum suum transferret, tæda lumen suum aureum solis similis ad speculam Macisti nuntii vice statim pervehens'. Forma temporis aoristi (παραγγείλασα) significatur eodem punctu temporis lumen visum ac missum esse. — Hoc me monuit præceptor meus DANIELSSON.

[1] Or. p. 145. Olim vero (Studien zu Ae. p. 109) aliter sentiebat: *"die Umstellung von Ahrens — — — ist zurückzuweisen"*.

[2] Vide KARSTEN p. 167.

[3] Ita distinguendum.

[4] οὐκ ἀναμπλάκητος (KLAUSEN-)ENGER, ENGER-GILBERT CANTERUM sequentes, ἂν ἀμπλάκητος PAUWIO auctore WELLAUER, KLAUSEN, PALEY, voculam ἄν alius alio, WELLAUER ad εἰ — μόλοι, KLAUSEN ad ἀμπλάκητος, PALEY ad γένοιτ' ἄν referens, ἐναμπλάκητος DINDORF (post ASK.) ed. Ox., θεοῖσι δ' ἀμπλάκητος STANLEY, SCHUETZ, BOTHE, HERMANN, SCHNEIDEWIN (cfr AHRENS p. 510).

[5] Cfr Hom. γ 132 sq.

[6] De voce ἐγρήγορος cfr AHRENS p. 511, HEUSDE pp. 228 sq.

πῆμα τῶν ὀλωλότων aliquanto leniora atque cautiora sunt quam quibus ante usus erat Clytemestra ἀνθαλοῖεν ἄν. Propter ea autem, quæ AHRENS disserit[1]: "Man erkennt leicht, — wie wenig es für das heuchelnde auftreten der Clytæmnestra passt auch für den fall, dass die Achaier sich nicht an den göttern versündigen, andern fluch positiv in aussicht zu stellen", textum esse corruptum mihi persuadere non queo. Ingenio Clytemestræ prorsus convenire existimo ita subobscure causam necis Agamemnonis sibi reservare, si forsitan in urbe expugnanda nihil contra deos commiserit. Sane KLAUSEN[2] "eam, inquit, esse auctoritatem deorum, ut contra eos, qui pie se colant, nunquam talem vindictam excitari sinant, modo ne domesticus fuerit sanguis, quem effuderunt". At tamen civium profusus est sanguis, atque Aeschylo ipsi certe credere debemus chorum de hace re postea loquentem facienti: τῶν πολυκτόνων γὰρ οὐκ | ἄσκοποι θεοί (1467 sq., cfr 452—58). Clytemestra ipsa insuper de Iphigenia cogitare credenda est.

Εἰ 357 et 359 = καὶ εἰ, ut Soph. El. 1316 (Prom. 361 οὐκ εἰ = οὐδ' εἰ), cfr KUEHNER II p. 991 Anm. 2. Protasis duplex posita est, altera alteram alia sententiæ forma iterans[3], ut Soph. El. 582 sq. εἰ γὰρ κτενοῦμεν ἄλλον ἀντ' ἄλλου, σύ τοι | πρώτη θάνοις ἄν, εἰ δίκης γε τυγχάνοις[4], O. R. 884—91 εἰ δέ τις ὑπέροπτα χερσὶν ἢ λόγῳ πορεύεται, | Δίκας ἀφόβητος οὐδὲ | δαιμόνων ἕδη σέβων, | κακά νιν ἕλοιτο μοῖρα | δυσπότμου χάριν χλιδᾶς, | εἰ μὴ τὸ κέρδος κερδανεῖ δικαίως | καὶ τῶν ἀσέπτων ἕρξεται | ἢ τῶν ἀθίκτων ἕξεται ματᾴζων[5]. Scelera

---

[1] p. 509.

[2] p. 138.

[3] Et ita NÆGELSBACH. WEIL[I], SCHNEIDEWIN, HEUSDE minus apte εἰ πρόσπαια μὴ τύχοι κακά de alia re dicta putant, WEIL nihil certi statuens ("nova quædam mala" p. 32), SCHNEIDEWIN de tempestate illa verba accipiens, HEUSDE de nece Agamemnonis. ENGER, ENGER-GILBERT, WEIL[II] εἰ πρόσπαιά πῃ τεύχοι κακά ediderunt.

[4] Utraque protasis = si iuste agetur.

[5] Utraque protasis = si quis superbia elatus scelus commiserit. Cfr etiam Suppl. 951 sq.

contra deos in urbe expugnanda commissa cum culpa propter cives in bello (et filiam ante bellum) occisos conlata Clytemestra πρόσπαια *(insuper accidentia)* κακά appellat.

Illa vero Ahrensii transpositio, præterquam quod palæographica caret probabilitate, ipsa quidem difficultates præbet; velut μόλοι *'proficiscatur'* [1] vertendum est. Præterea vide Keck [2] p. 270.

Vv. **383—84.**

ὅσοις ἀθίκτων χάρις
πατοῖθ'.

Vocem illam χάρις plerique interpretes ita reddiderunt, ut esset proprietas quædam rerum inviolabilium *(decus, venustas, gratia)* [3]. Quam vim alii hoc loco ineptam esse rati χάρις corruptum habuerunt [4]. At tamen apta fit sententia, si χάρις existimamus animi motum quendam significare, quem res inviolabiles excitant; velut est *'gratia'* *('Dankbarkeit')* sæpissime, *'lætitia'* Ag. 430, 1042, Ar. Lys. 865, *'benignitas'*, *'benevolentia'*, *'amor'* Ag. 1205, Soph. Ai. 808, Eur. Or. 829,

---

[1] *"fortzieht"* Ahrens p. 510, *"abziehen sollte"* Wecklein Or. p. 56. Hanc conversionem Wecklein olim (l. l.) damnaverat.

[2] Keck novum versum a se fictum in textum inseruit, quia non intellexit, quo modo τὸ πῆμα τῶν ὀλωλότων dormire cogitari posset; verum contulit Eur. El. 41 sq. iam Blomfield. v. Wilamowitz autem vix minus audacter 358 damnavit, 359 sic scripsit: γένοιτ' ἂν εὖ· πρόσπαια μὴ τύχοι κακά. Tum vero offendunt duo illa optata versu 360 disiuncta. Verrall post 358 plene interpunxit nihil commodi adsecutus (nam verba γένοιτ' ἂν cum pondere dicta putanda esse, quia in initio versus conlocata sunt, non est verum); incommode autem tum infortunium occisorum pro certo adfirmatur. Præterea, ubi in protasi εἰ cum optativo positum est, optativus cum ἂν in apodosi solet poni.

[3] *"Decus, quod reverentiam postulat"* (Schuetz), *"læta et decora conditio"* (Klausen), *"Schönheit des unverletzlichen"* (Enger-Gilbert Glossar.), *"the charm of the inviolable"* (Verrall), *"non tangendæ Veneris flos"* (Karsten), *"the sanctity of the marriagebed"* (Paley), *"honos rerum inviolatarum"* *(?)* (Schneidewin).

[4] Keck scripsit ἀθίκτων γέρας (cfr Keck p. 273), Wecklein (Or.) ἀθίκτων γάνος *"Schmuck"* (tacite).

Hes. Op. 709[1], Xen. Hier. 8, 5, *'veneratio', 'reverentia'* Ag. 778, Sept. 690[2], Eur. Med. 439, Hes. Op. 190 sqq. οὐδέ τις εὐόρκου χάρις ἔσσεται οὔτε δικαίου | οὔτ' ἀγαθοῦ, μᾶλλον δὲ κακῶν ῥεκτῆρα καὶ ὕβριν | ἀνέρα τιμήσουσι. Atque hæc quidem notio huic loco optime convenit[3] recteque cum verbo πατεῖν coniungitur, quod translate dicitur pro ἀμελεῖν, cfr Hom. Δ 157 κατὰ δ' ὅρκια πιστὰ πάτησαν, Ag. 1355 sq. τῆς μελλοῦς κλέος | πέδοι πατοῦσιν, Soph. Ant. 745 τιμάς γε τὰς θεῶν πατῶν, Ar. Ve. 377[4].

Vv. **421—22.**

πάρεστι σιγᾶς ἄτιμος ἀλοίδορος
ἄδιστος ἀφεμένων ἰδεῖν.

Hanc codicum scripturam nemo huius quidem sæculi editor nisi Verrall sanam putavit, quem nemini persuasurum spero. Etenim in versibus 413—462 chorus desiderium Menelai[5] propter Helenam raptam et luctum Argivorum ob propinquos in bello occisos diserte atque ad animos audientium commovendos apte describit[6]. Ac Menelai mærorem quosdam δόμων προφήτας exponentes facit. Hos *("the home-interpreters")* Verrall[7] credit esse *"the seers who at Troy*

---

[1] ψεύδεσθαι γλώσσης χάριν, quæ vertenda esse *'mentiri linguæ benevolentiam'* i. e. *'verbis amicum se esse falso simulare'* sententiarum ratio docet. Cfr ψεύδεσθαι τὰς ἀπειλάς Herod. VI 32, ἐλπίδα Aeschin. II 46. Cfr etiam Theogn. 87—96. — Passow[5] (p. 2416) explicat *"lügen zu Gunsten der Zunge d. h. ohne sie zu hemmen"*. Quæ interpretatio fortasse conveniret, si tale verbum quale λοιδορεῖν scriptum esset.

[2] Primæ scholiastæ M explicationi convenienter vertendum est *'interitus est ea veneratio nostra, quam magni æstiment'*.

[3] Nægelsbach recte convertit *"die Ehrfurcht vor unantastbaren Rechten"* (p. 86, in commentario tacet) et similiter post eum Dindorf (in lexico). Cfr etiam Heusde p. 233.

[4] Cfr etiam Cho. 641 sq. τὸ πᾶν Διὸς σέβας παρεκβάντες.

[5] Cfr ad 424 et 435 Eur. Alc. 203 et 196.

[6] Civium dolorem maiorem fuisse dicit (436), nimirum quia lugebant multos, viros, mortuos.

[7] p. 200.

revealed to Helen and Paris what was passing at Argos", quorum verba acerbe inludentium chorus sibi fingens referat. Et vertit[1] codicum vv. 421 sq.: *"there he stands, unregarded, unscolded on the part of the silence i. e. his curses mocked with silence, the parted spouse, the sweetest sight of them all!"* At quam parum credibile chorum, cui infra γῆς φίλον κράτος (624) maxime est cordi, in hoc tam gravi grandique stasimo Menelaum, licet per ambages, ludibrio habere! Nec quicquam inrisionis in ceteris de Menelao versibus[2], si recte consideraveris, invenies. Illa vero maledicta, quæ e textu elicit VERRALL, quam aliena a Menelai ingenio! Quam incredibiliter σιγᾶς ἄτιμος ἀλοίδορος, quam prave ἀφεμένων (passiva vi) reddit! Quam mire δόμων προφῆται accipit![3] Verterim equidem δόμων προφήτης *'qui profert domus,* i. e. hoc loco Menelai in domo versantis[4], *sensus'*[5]. Quid? quod VERRALL metrum tantopere pessumdat, ut in cetera huius carminis accurata responsione σιγ- | ας α- | τιμος α | censeat Ελλαδος | αι- | ας ξυν | respondere!

Itaque quin 421 sq. corrupti sint ne dubitaveris. Ac pæne innumerabiles sunt doctorum virorum ad hunc locum prolatæ emendationes[6]. Nulla tamen omnium mihi adridet, ne HERMANNI quidem (σιγὰς ἀτίμους ἀλοιδόρους | αἴσχιστ' ἀφειμένων ἰδεῖν), multis aut omnino aut ex parte probata[7]. Nam ἰδεῖν σιγάς τινων pro ἰδεῖν τινα σιγῶντα contortius dictum

---

[1] p. 201.

[2] 418—20, 423—35.

[3] Vide p. 200.

[4] Cfr Ag. 590, 1020, Pers. 582, Suppl. 441, Cho. 33, Soph. Trach. 895, Eur. Herc. F. 249, Or. 1335.

[5] Paulo aliter BAMBERGER et AHRENS, vide AHRENS pp. 520 sq. De vi vocis προφήτης cfr Eum. 19, Eur. Bach. 211, Pind. fragm. 67. Prophetas loquentes chorus introduxisse putandus est, et ut ad ipsum rapinarum tempus relata miserabilior fieret oratio, et quia res in intima Menelai domo actæ commemorabantur (κατ' οἴκους ἐφ' ἑστίας ἄχη 435).

[6] Vide WECKLEINII Append. p. 157.

[7] FRANZ, KARSTEN, SCHNEIDEWIN, KLAUSEN-ENGER, ENGER-GILBERT, WECKLEIN.

videtur, neque ex ἀφειμένων, quod præterea non videtur recte versum [1], subiectum verbi δόξει facile arcessitur [2]. Accedit quod illa mutatio αἴσχιστ' pro ἄδιστος, quod sanum esse libenter credo, violenta est.

Vt locum emendemus, primum antistropham inspiciamus. Respondent hi versus (437 sq.):

τὸ πᾶν' δ' ἀφ' Ἑλλάδος αἴας ξυνορμένοις
πένθεια τλησικάρδιος.

Ad sententiam nullam dubitationem movent [3], sed metrum perinde atque in versibus superioribus et sequentibus iambicum sit necesse est. Et verissime BAMBERGER reposuit Ἕλλανος [4] pro Ἑλλάδος, quæ usitatior forma [5] facillime inrepere potuit. Si vero vulgata versuum divisio retineretur, 437 esset heptapodia, id quod nequaquam placet. Quare discribo:

τὸ πᾶν δ' ἀφ' Ἕλλανος αἴας
ξυνορμένοις πένθεια τλησικάρδιος.

Tum prior versus fit pentapodia catalectica iambica (ut 380 = 397, Pers. 1058 = 1064, Suppl. 140 = 150, Eum. 786 = 816, Soph. Ant. 338 = 349, Eur. Herc. F. 113 = 125, syncopatæ Soph. O. C. 1670 = 1697, Eur. Suppl. 804 = 817, 836, 924) atque posterior trimeter iambicus, cuius arsis tertia longa est. Tales trimetri, choricis partibus

---

[1] *"Desertorum"*. Ipse profert Eur. El. (falso scripsit Or.) 379, ubi ἀφειμένα est *'dimissa', 'non respecta'*, et Soph. Ant. 1165 (hoc loco ἀφεῖται est *'dimissa sunt', 'perierunt'*). Aliquanto melius videtur DINDORFII ἀφημένων, WECKLEINIO probatum.

[2] Cfr etiam quæ disputarunt AHRENS p. 522, SCHNEIDEWIN-HENSE p. 49.

[3] Forsitan tamen pro τλησικάρδιος legendum sit τμησικάρδιος vel τρησικάρδιος.

[4] Cfr exempla apud WECKLEINIUM adlata, Or. p. 62. Hanc emendationem comprobarunt FRANZ, KARSTEN, ENGER, KECK, HEUSDE, GILBERT, WEIL[II], WECKLEIN (Ἕλληνος KLAUSEN, NÆGELSBACH).

[5] Cfr Pers. 2, 274.

inmixti, non desunt, vide Sept. 861 = 867, Eum. 147 = 153, 790 = 820, Ag. 484 [1].

Iam vero revertamur ad stropham. Dividendum igitur:

πάρεστι σιγᾶς ἄτιμος
ἀλοίδορος ἄδιστος ἀφεμένων ἰδεῖν.

Elucet propter metrum necesse esse tantum iambum alterum et — si accuratam syllabarum responsionem requirimus — quartum versus posterioris corrigere. Nam ultima syllaba prioris versus anceps est, ut Suppl. 140 = 150, Sept. 895, 6 = 906, 7, 923 = 935, Eum. 558 = 566 [2]. Ob sententiam autem σιγᾶς corrigendum est. Ergo scribo nulla littera mutata, tribus additis, duabus seclusis:

πάρεστι ΣΙΓΑ<Ι>Σ ἄτιμος
ΑΛΟΙΔΟΡΟ<Ι>Σ ἄδιστος [ΑΦ]ΕΜ<Μ>ΕΝΩΝ ἰδεῖν

i. e. πάρεστι σιγαῖς ἄτιμος
ἀλοιδόροις ἄδιστος ἐμμένων ἰδεῖν.

Latine: *'adstat* (lectui [3]), *quanquam dehonestatus* [4] *in silentio conviciis carente manens, suavissimus visu'*. Menelai humanitas miteque ingenium [5] tarditasque [6] monstrantur, et ἥδιστος [7] ille vocatur, quia vultu placido ac nequaquam irato animoque erga Helenam benigno abstinet maledictis.

---

[1] Probabiliter etiam infra 974 sq. = 985 sq. (χρόνος δ' ἐπεὶ πρυμνησίων ξυνεμβολαῖς, τελεσφόροις δίναις κυκλούμενον κέαρ). Cfr etiam Suppl. 588 = 595, Eum. 144 = 150.

[2] Cfr etiam huius fabulae 420 = 436.

[3] Res in thalamo ab Helena nuper relicto (416 cfr Pers. 163) geri fingitur. V. 420 cum PALEIO et HEUSDIO (p. 242) verto: *'heu, lectum genialem, heu, vestigia Helenae maritum prius amantis!'* Confert Ovid. Her. X 53 sq., Propert. II 29, 35 PALEY. Fortasse verba στίβοι φιλάνορες etiam possunt explicari *'gressus* (pristini) *in lectum genialem'* coll. Soph. Phil. 163, 487. AHRENS minus probabiliter explicat *"der einzug der liebenden braut"* (p. 521).

[4] Cfr infra 704 sq. τραπέζας ἀτίμωσιν.

[5] Cfr Hom. Z 37 sqq.

[6] Cfr Hom. δ 116 sqq., ο 169 sqq.

[7] Ad superlativum cfr infra 891 κάλλιστον ἦμαρ εἰσιδεῖν ἐκ χείματος.

Simillime ἡδύς opponitur τῷ μομφὰς ἔχοντι Eur. Phoen. 771 sqq. σοὶ μὲν γὰρ ἡδὺς εἰς λόγους ἀφίξεται, | ἐγὼ δὲ τέχνην μαντικὴν ἐμεμφάμην | ἤδη πρὸς αὐτόν, ὥστε μοι μομφὰς ἔχειν. Cfr etiam Soph. El. 1359 sq. ἀλλά με | λόγοις ἀπώλλυς, ἔργ' ἔχων ἥδιστ' ἐμοί, Eur. Alc. 790 sq. τίμα δὲ καὶ τὴν πλεῖστον ἡδίστην θεῶν | Κύπριν βροτοῖσιν· εὐμενὴς γὰρ ἡ θεός [1]. — Ad ἐμμένων σιγαῖς conferre licet Cho. 975 ὅρκος ἐμμένει πιστώμασιν.

Corrumpendi origo videtur fuisse scriptura EMENΩN [2], quam formam genetivum pluralem participii cuiusdam mutitati esse ratus librarius ad metri et, ut credidit, sententiæ usum ἀφεμένων coniecit; σιγαῖς, iam a nullo verbo suspensum, ad ἄτιμος vel ἀφεμένων relatum in σιγᾶς mutatum est; tum vero ἀλοιδόροις inter ἄτιμος et ἥδιστος prope ultro in nominativi formam transmigravit.

Vv. **506—07.**

ὅστις τάδ' ἄλλως τῇδ' ἐπεύχεται πόλει,
αὐτὸς φρενῶν καρποῖτο τὴν ἁμαρτίαν.

Voce ἁμαρτία, si lectio sana est, significaretur quasi fructus animi malus. Tamen cum φρενῶν, ad ἁμαρτίαν positum, abundare videatur, haud scio an Aeschylus scripserit τὴν ἀκαρπίαν. Vt enim *qui sapientia utitur* Sept. 581 sq. βαθεῖαν ἄλοκα διὰ φρενὸς καρπούμενος, | ἐξ ἧς τὰ κέδνα βλαστάνει βουλεύματα, a poeta inducitur, ita ἀκαρπία φρενῶν *stultis* vel *insanientis* esse argutissime diceretur [3]. Ac profecto φρενῶν (φρενὸς, πραπίδων) καρπός est stata quædam *sapientiæ* apud Pindarum significatio, Ol. VII 8 γλυκὺν καρπὸν φρενός (de carmine), Ne. X 12, Py. II 74 φρενῶν ἔλαχε καρπὸν ἀμώμητον, fragm. 195 πραπίδων καρπόν, cfr fragm. 193 ἀτελῆ σοφίας

---

[1] Fortasse etiam obiter significatur dignitas et gratia Menela (ξανθὸς Μενέλαος), Paride forma ac specie non multo inferioris.

[2] Vt Prom. 550 ἔμενοι pro ἐμμένοι M ante corr. Cfr etiam Prom. 876, Cho. 1010.

[3] Hoc quasi sentiens FRANZ convertit: *"der ernte selbst einst der Gesinnung dürre Frucht!"*

καρπὸν δρέπειν. Contra vero Xenophon Symp. 4, 55 *dementiam* (agitur de τοῖς ἄφροσιν), per locutionem φρενῶν ἀφορία circumscribit, quæ prorsus est hic idem quem statuo loquendi modus, cfr Hesychii ἀφορίαν· ἀκαρπίαν. In sermone Græco hæc imago sine dubio usitata erat [1], nisi forte ex hoc ipso Aeschyli loco eam mutuatus est Xenophon. Facetum illud, quod inest in locutione καρποῦσθαι ἀκαρπίαν (cfr χάρις ἄχαρις et talia), cum superioribus inrisione plenis bene congruit. — Vocem ἀκαρπία Aeschylus propria vi posuit Eum. 804. Proclive autem erat scriptu ἁμαρτία pro rarissimo vocabulo ἀκαρπία [2], præsertim cum Π et Τ in codicibus sæpissime permutarentur [3]. Μ et Κ confusa sunt Suppl. 793, Eur. El. 484, Or. 556, alibi.

V. **654.**

χειμῶν' Ἀχαιῶν οὐκ ἀμήνιτον θεοῖς.

Dobræo Ἀχαίοις — θεῶν scribenti multi [4] obsecuti sunt, sed frustra. Nam viri docti, utrumcumque scripserunt, ἀμήνιτος necesse erat perperam transferrent *'qui ira non efficitur'*. Quæ conversio si vera esset, χειμὼν μηνίεται etiam posset esse *'tempestas ira efficitur'*. Et dixit diserte hoc Nægelsbach [5], quod vehementer miror. Est autem ἀμήνιτος aut vi activa dictum *'qui non irascitur'* (Herod. IX 94, Plut. Mor. p. 578 A, ἀμηνίτως infra 1020) aut vi passiva *'cui non irascitur'*, *'qui iram non movet'* [6], (Suppl. 986 sq. σύν τ' εὐκλείᾳ καὶ ἀμηνίτῳ βάξει λαῶν *'cum laude et grata appellatione hominum'*). Quarum significationum alterutra est eligenda, atque hæc quidem huic loco egregie con-

---

[1] Cfr Plat. Civ. VIII 546 A φορὰ καὶ ἀφορία ψυχῆς τε καὶ σωμάτων, Eur. El. 371.

[2] Fortasse etiam ἁμαρτίαν voci ἀκαρπίαν (φρενῶν) explicationis vice superscriptum erat.

[3] Cfr huius fabulæ 1570, Suppl. 106, 830, Eum. 425.

[4] Blomfield, Franz, Hermann, Paley, Schneidewin, v. Wilamowitz, Wecklein.

[5] p. 153.

[6] Cfr etiam Eum. 475 φόνου διαιρεῖν ὀξυμηνίτου (sic M) δίκας: *'cui vehementer irascuntur'* (Erinyes)

venit, si levissima sive potius nulla mutatione legimus χειμῶν' Ἀχαιῶν οὐκ ἀμηνίτων θεοῖς i. e. *'tempestatem Græcorum dis odiosorum'*. χειμών τινος *'tempestas qua aliquis agitatur'* non minus posse dici videtur quam χειμάζεταί τις *'tempestate aliquis agitatur'* (Prom. 583). Atque ἀμήνιτος θεοῖς satis pervulgato usu poeta scripsit coll. infra 1088 ἄφερτον φίλοισιν, 1376 ἐμοὶ οὐκ ἀφρόντιστος, Sept. 844 ἀστιβῆ Ἀπόλλωνι, Suppl. 940 ἀβουκόλητον ἐμῷ φρονήματι, Eum. 387 δυσπαρήγοροι βροτοῖς, Eur. Phoen. 1668 ἀπορρήτων πόλει, Pind. Ol. III 44 σοφοῖς ἄβατον [1].

Vv. **670—71.**

ὡς μήτ' ἐν ὅρμῳ κύματος ζάλην ἔχειν
μήτ' ἐξοκεῖλαι πρὸς κραταίλεων χθόνα.

Qui ἐν ὅρμῳ de *portu* vel *statione* intellexerunt [2], parum considerarunt nec fieri potuisse, ut Græci in mari incognito tempestate agitati in portum aliquam stationemve pervenirent, et ex vv. 663 sq. apparere etiam postquam dies inluxit in alto eos fuisse. Neque illa verba accipi possunt de navi in ancoris tenenda, quod neque magis fieri potuit et alio modo exprimitur, vide Suppl. 772 sqq. [3]. Quapropter alii alia coniecerunt et WECKLEIN [4] quidem admodum ingeniose ἐν ἁρμῷ scripsit, qua coniectura WEILIO [5] et VERRALLIO satis fecit. Sed vide ne navis minus recte in compagibus dicatur

[1] VERRALL codicum scripturam vertit (p. 81) *"narrare tempestatem, id quod odiosum esse necesse est dis Argivorum"*, quia scilicet tempestas ab aliis numinibus Græcis infensis esset missa. At hoc videtur inepte statui, cum Pallas, Græcorum adiutrix (cfr Eum. 460, Eur. Troad. 46 sq.) et passim apud Græcos (cfr KAUSCHE p. 143), etiam Argis, culta, Iove consentiente tempestatem iis concitasset, cfr Hom. γ 134 sq., 132, δ 502, 512 sq., ε 108 sq., Eur. Troad. 65 sqq., Verg. Aen. I 43 sqq. Cfr etiam ea quæ chorus dixit v. 640.

[2] BLOMFIELD, WELLAUER, HERMANN, SCHNEIDEWIN, V. WILAMOWITZ, alii.

[3] Cfr HERMANN II 423 sq.

[4] Studien zu Ae. p. 116.

[5] In præfat. ed. sec.

ζάλην accipere, quæ vox est *æstus* vel *fluctus maris*[1]. Nec vero opus est poetam corrigere. κύματος enim cum ἐν ὅρμῳ iungendum est; ὅρμος κύματος autem est per inrisionem[2] dictum de *portu qualem undæ suppeditant*. Itaque *'portus qui non est portus'*, ὅρμος ἄνορμος intellegitur. Cfr Prom. 997 ἐς τάσδε σαυτὸν πημονὰς καθώρμισας, fragm. 462 κυμάτων ἐν ἀγκάλαις, Soph. Phil. 217 sq. ναὸς ἄξενον αὐγάζων ὅρμον de vasto mari circa patente coll. 302 οὐ γάρ τις ὅρμος ἐστίν. Totum igitur versum sic reddiderim: *'ut neque æstus* (vel procella) *navem in portu undarum teneret* (sc. ut inde evadere non posset[3]) h. e. *profundo mersaret'*. Duo enim Ἅιδου ποντίου (672) per tempestatem discrimina sunt aut in alto undis obrui (cfr Verg. Aen. I 117) aut ad scopulos adlisum interire (cfr Verg. Aen. I 111). Versu 671 hoc describitur, illud versu 670.

Vv. 679—84.

γένοιτο δ' ὡς ἄριστα. Μενέλεων γὰρ οὖν
πρῶτόν τε καὶ μάλιστα προσδόκα μολεῖν.
εἰ δ' οὖν τις ἀκτὶς ἡλίου νιν ἱστορεῖ
χλωρόν τε καὶ βλέποντα, μηχαναῖς Διός,
οὔπω θέλοντος ἐξαναλῶσαι γένος,
ἐλπίς τις αὐτὸν πρὸς δόμους ἥξειν πάλιν.

Hos versus aut secus reddiderunt editores aut inmerito tentarunt, quia quæ notio particulis δ' οὖν esset subiecta nesciebant. Plerique enim δ' οὖν interpretati sunt *'igitur'*[4]

---

[1] Nisi potius hic est *'procella'*, cfr 661 (ad quem locum inspicias velim Hesych. s. v. ζάλη et Suppl. 33—36), Prom. 387, Soph. Ai. 351, Pind. Ol. XII 12, Plat. Rep. VI 496 D.

[2] Alia a præcone salse et pompa quadam populari dicta inveniuntur in vv. 537 sqq., 574; 646 sqq., 660, 662, 664 sq., 678, 682.

[3] Cfr Pers. 748, Soph. O. R. 942 ἐπεί νιν θάνατος ἐν τάφοις ἔχει, et locutiones quales sunt ἐν φυλακῇ, ἐν συμφοραῖς ἔχειν.

[4] SCHEUTZ (comm. p. 250), HERMANN (p. 424), KARSTEN (p. 206), SCHNEIDEWIN (p. 89), KECK (*"also"* p. 105). — AHRENS (pp. 546 sq.), scribens προσδοκῶ μέλειν, statuit versum 680 in parenthesi dictum esse atque addit: "durch δ' οὖν wird dann nach diesem paren-

vel *'enim'*[1]. Cum autem sic *(exspecta eum primum venturum; si igitur (enim) vivit, spes est aliqua eum esse rediturum')* versus 681 sqq. cum superioribus male cohærere intellegerent, alii[2] μολεῖν alii[3] δ' οὖν mutarunt. Sed omnia bene sese habebunt, si modo δ' οὖν recte verterimus. Etenim voculis δ' οὖν sæpissime significatur *id quod, iis quæ ante dicta sunt omissis, tamen utique certum est.* Atque ubi δ' οὖν in protasi (vel in alio enuntiato secundario) sunt posita, ad totam pertinent sententiam[4].

---

thetischen einschiebsel wieder angeknüpft" [ad quam harum particularum vim cfr infra adn. 4 (III b)]. PALEY (p. 400) ante 681 audit *"though even about him there is a painful uncertainty"* (quæ sententia qui audi possit non capio) et 681 reddit: *"but if any beam of the sun does know of him alive"*. VERRALL autem, προσδόκα καμεῖν interpretatus: *"be it supposed that he got home"* (sc. ad aliam terræ regionem pulsus), quæ sequuntur εἰ δ' οὖν vertit: *"and, supposing the contrary, still if —"*. Quarum particularum δ' οὖν conversionum neutra probari potest; cfr infra adnot. 4.

[1] BOTHE (p. 344), FRANZ (*"denn"* p. 51).

[2] θανεῖν HARTUNG (ζοεῖν KARSTEN), καμεῖν WECKLEIN (Studien zu Ae. pp. 114 sqq.). Unde autem conligit præco Menelaum præcipue esse vexatum? Immo, ut erat rex, quem omnes (etiam Iovem, cfr v. 683) in primis servatum velle par erat, eum primum rediturum iure erat sperandum.

[3] γοῦν VOSSIO auctore ENGER, GILBERT, NÆGELSBACH. Quod scribere plane est supervacaneum, nam δ' οὖν idem fere valent. γάρ (pro δ' οὖν) scripserunt BLOMFIELD et v. WILAMOWITZ, nihil proficientes, quantum ego video.

[4] Particulæ δ' οὖν

I. significant id quod, iis quæ ante dicta sunt in medio relictis vel non respectis, tamen utique a) certum est (in enuntiatis aientibus) vel b) optat aliquis (in enuntiatis optativis), lat. *'utique'*. Cfr KUEHNER II p. 712, 3 d). [De his particulis minus recte disputasse iudico PALEIUM ad Ag. 1009 (= 1026) p. 428].

Ex. a) Hom. T 94 κατὰ δ' οὖν ἕτερόν γε πέδησεν (*"jedenfalls"* AMEIS-HENTZE), Pind. Pyth. IX 103 (179) ἐμὲ δ' ὦν *(si neminem alium),* Aesch. Ag. 234 ἔτλα δ' οὖν θυτὴρ γενέσθαι θυγατρός (cfr PALEY p. 364; aliter WECKLEIN Or. p. 47, cfr infra III b)), 681, 1026 (*ut Herculem omittam, tamen si* cet., cfr φασίν 1024), 1567 (*quidquid de hoc vaticinio* [v. 1565] *credimus,* cfr PALEY ad hunc versum p. 470; aliter [cfr III a)] WECKLEIN *"dem entsprechend"* Or. p. 133), Soph. Ai. 28 τὴν δ' [ita legendum videtur, cfr O. R. 1082, cod. τήνδ'] οὖν ἐκείνῳ πᾶς τις αἰτίαν νέμει *(quoquo modo res se habet, certe in illum omnes culpam conferunt),*

Totum igitur locum verto: (*Dicunt nos mortuos esse, et nos credimus illos interisse*[1], 678 sq.) '*Sed opto ut res optime eveniant* i. e. *ut sospites maneant* (id opto[2]); *nam*

O. R. 971, El. 577 (*quæcunque erat causa, num nihilo minus oportebat te eum necare?*), Ant. 688 σοὶ δ' οὖν πέφυκα πάντα προσκοπεῖν (*illud* 'χἀτέρῳ καλῶς ἔχον' *ut mittam, tamen certe talis sum, qui omnia caute explorem* cet.; ad πέφυκα προσκοπεῖν cfr Ant. 523, Phil 88, O. R. 440), 769, 890 (*sive morietur sive viva manebit, certe* cet.), 1251, Eur. Alc. 73, Ion. 408, Or. 15, Herod. III 80, 1, IV 5, 2; 187, 4.

b) Sept. 795 βάρεα δ' οὖν ὅμως φράσον (*id non respiciens rem esse gravem*), Ag. 34 (cfr PALEY p. 348), 267 (cfr supra p. 15 et PALEY p. 367), Eum. 888 σὺ δ' οὖν μένοις ἄν (*hoc utique opto.* WECKLEIN Or. p. 312 ad hunc locum non satis recte confert Eum. 226 et alios eius modi locos [vide infra II], ubi alii optanti venia datur. Sic PALEY quoque p. 607 ad Eum. 217 [= 226] hunc locum accepit), Soph. Trach. 1157 σὺ δ' οὖν ἄκουε τοὔργον (*tu saltem matre fratribusque omissis*), O. R. 834 (*utique spem saltem habe*), O. C. 1444 (*quidquid de me fiet*), Eur. Herc. F. 213 (cfr v. WILAMOWITZ, Herakles II p. 95 ad v. 207).

II. verbi modo imperativo adduntur, ubi alicui petenti vel denuntianti licere aliquid dicitur. Subest sæpe vis inridendi vel fastidiendi vel provocandi. Lat. '*sane*', '*licet*', sueth. '*fritt*', '*gerna för mig*', '*ja, för all del*'. Cfr KUEHNER II p. 713. Ex. Prom. 967 ὃ δ' οὖν ποιείτω, Eum. 226 σὺ δ' οὖν δίωκε, Soph. Ai. 114 σὺ δ' οὖν — χρῶ χειρί, 961 οἱ δ' οὖν γελώντων, El. 891 σὺ δ' οὖν λέγε, O. R. 669 ὁ δ' οὖν ἴτω, Trach. 329 ἡ δ' οὖν ποιείτω, O. C. 1205 ἔστω δ' οὖν, Eur. Andr. 258 σὺ δ' οὖν κάταιθε, Herc. F. 726 σὺ δ' οὖν ἴθι, Rhes. 868 σὺ δ' οὖν νόμιζε, Ar. Acharn. 186 οἱ δ' οὖν βοώντων.

III. usurpantur ad sermonem conectendum (lat. '*igitur*')

a) ubi oratio continuatur vel absolvitur. Ex. O. R. 851 (*quæ cum ita sint, si* cet.), Theocr. VIII 5 et 30, XXI 52 ἤνυσα δ' οὖν τὸν ἄεθλον (sueth. '*nog af*').

b) ubi ad propositum post digressionem revertitur. Ex. Prom. 242 ὃ δ' οὖν ἐρωτᾷτ(ε) — — τοῦτο δὴ σαφηνιῶ ("*however, to revert to your question*" PALEY p. 113, ubi ipse male adfert Ag. 34, 217 [= 234], vide supra I).

IV. usurpantur in protasi post εἰ vel ἢν (ἐάν) adversativa vi, ubi sumptio aliqua alteri opponitur, lat. (*sin*) '*autem*'. Ex. Soph. Ant. 722, Eur. Alc. 850, Heracl. 714, Hipp. 508, Or. 1149, fragm. 460, Rhes. 572.

[1] ταῦτ' ἔχειν cfr Eur. Hec. 1276, Or. 1177 (τοῦτ' ἔχειν), 1074 (cum libris legendum ταῦτα).

[2] SCHUETZ (textus p. 144) et PALEY inepte audiverunt "*et certe evenient*", KARSTEN (p. 51) "*bono animo simus*".

tum Menelaum quidem primum ac potissimum esse venturum exspectandum est. Quod quoquo modo se habebit, utique est spes aliqua eum, si modo vivat, aliquando reversurum esse'. Versibus 679 sq. præco eloquitur quid, si res optime ceciderint (i. e. si ceteri quoque vivant), exspectandum sit, versibus autem 681 sqq. exponit quid utique omnino certe sperari possit. Et KARSTEN quidem verum sententiarum nexum quodam modo suspicatus esse videtur, cum scriberet[1]: "Cogitavi, num vulgata lectio defendi fortasse possit e persona loquentis. Loquitur nempe ut miles, parum considerate: Primum ut senum Choro animum addat, confidenter dicit: 'Menelaum venturum esse crede'; deinde fortius locutum se sentiens quasi contrahit vela: 'si quidem adhuc certe in vivis sit, spes sane aliqua est eum reversurum'. Hanc ob causam a correctione quamvis probabili abstinui et rem aliorum judicio relinquo."

Vv. **694—95.**

ἐκ τῶν ἀβροτίμων
προκαλυμμάτων ἔπλευσεν.

SALMASII coniecturam ἀβροπήνων plerique editores admiserunt[2]. Et sane codicum lectionem cum editores, qui eam tutati sunt[3], tum lexicographi (PASSOW, PAPE) minus probabiliter explicant ἀβρῶν καὶ τιμίων (*"feine und kostbare"*)[4]. ἀβρότιμος censeo vertendum esse *'splendide* vel *delicate honoratus'* coll. κῦδος ἀβρόν Pind. Isth. I 50, σεμνότιμος Cho. 356 (ἀνάκτωρ), Eum. 836, Δίκας μεγιστοτίμου Suppl. 717, εὐρυτίμου Διός Pind. Ol. I 43. Cfr etiam ἀβροδιαίτων Λυδῶν

---

[1] p. 207. Et fere idem SCHNEIDEWIN p. 89.

[2] BLOMFIELD, FRANZ, KARSTEN, DINDORF, WEIL, ENGER, KECK, SCHNEIDEWIN, v. WILAMOWITZ, WECKLEIN.

[3] ἀβροτίμων retinuerunt SCHUETZ, BOTHE, WELLAUER, HERMANN, KLAUSEN, NÆGELSBACH, PALEY, VERRALL.

[4] Paulo aliter KLAUSEN (p. 170) *"cui est elegantiæ honor"*.

Pers. 42. *'Profecta est ex aulæis laute honoratis'* i. e. *'e thalamo, ubi laute honorabatur'* sc. a Menelao. Quo apposito Aeschylus luculenter significat quam indigna Helenæ cum Paride fuerit fuga.

Vv. **729—32.**

χά-
ριν γὰρ τροφᾶς ἀμείβων
μηλοφόνοισιν ἄταις (ἀΰταῖς AHRENS)
δαῖτ' ἀκέλευστος ἔτευξεν.

Cum pedi tertio versus 730 anapæstus in antistropha respondeat, editores aut versu 720 mutato PEARSONO auctore γὰρ post τροφᾶς transposuerunt[1] aut cum codice *h* τροφεῦσιν[2] aut coniectura WEILII probata ἀπαμείβων[3] scripserunt. Facilius mihi videtur conicere τροφᾶς <ἅμ'> ἀμείβων. Nam leo dapem paravit non sibi solum, verum etiam domino suo, cui invito (cfr ἀκέλευστος 732) multæ illæ pecudes cæsæ per epulas consumendæ erant. Acerbe igitur dicit poeta leonem, dum necandi expleat cupiditatem, simul dape illa comparanda nutricia altori reddere voluisse. ἅμα cum participio coniunctum est infra 1626, Cho. 896. Vide etiam Xen. An. III 3, 7, Hier. II 17, Thuc. II 91, 2.

Vv. **829—31.**

εἰδὼς λέγοιμ' ἂν εὖ γὰρ ἐξεπίσταμαι
ὁμιλίας κάτοπτρον εἴδωλον σκιᾶς
δοκοῦντας εἶναι κάρτα πρευμενεῖς ἐμοί.

De his versibus coniungendis magna inter editores est dissensio. Quorum sententiæ hac fere ratione disponi possunt.

---

[1] SCHUETZ, BOTHE, WELLAUER, KLAUSEN, FRANZ, DINDORF, HERMANN, KARSTEN, WEIL[I], SCHNEIDEWIN, ENGER, NÆGELSBACH, HEUSDE.

[2] BLOMFIELD, KECK, PALEY, WEIL[II], V. WILAMOWITZ.

[3] WECKLEIN. — VERRALLIO videlicet codicis responsio satis facit.

1. ὁμιλίας κάτοπτρον et εἴδωλον σκιᾶς copulata sunt.

a. εἰδὼς λέγοιμ' ἄν nude dicta sunt, ut post ἄν plene interpungi possit [1].

α. *"expertus loqui possum; probe enim scio speciem tantum familiaritatis umbræque imaginem fuisse eos, qui maxime benevoli videbantur"* Wellauer [2], et ita Klausen [3], Klausen-Enger, Franz, Karsten [4], Schneidewin [5].

β. *"bene enim novi consuetudinum quibus homines iungantur speciem, vanam eorum qui familiarissimi videbantur amicitiam"* Weil [6] et ita etiam Nægelsbach [7].

γ. *"I have learnt thoroughly that mirror of friendship, image of a shadow, the hypocrites' semblance of devotion to me"* Verrall [8], et ita Hermann, ut videtur [9].

b. εὖ γὰρ ἐξεπίσταμαι in parenthesi dicta sunt, ut ὁμιλίας κάτοπτρον κτέ. e λέγοιμ' ἄν sint suspensa: Blomfield et Paley, qui quidem interpretatur [10]: *"I can declare, from my own knowledge, that men who seemed to be very well disposed to me were but the mirror (the unreal semblance) of friendship, the shadow of a shade"*.

2. εὖ γὰρ ἐξεπίσταμαι ὁμιλίας κάτοπτρον in parenthesi

---

[1] Virgulam tantum posuerunt Klausen, Hermann, Dindorf [5].

[2] p. 64.

[3] p. 189.

[4] p. 60, 224. Hic pro ὁμιλίας scripsit αἱμυλίας *"comitatis"*.

[5] p. 108.

[6] p. 68.

[7] p. 96, 161.

[8] p. 99, 245.

[9] Nam virgulam posuit post σκιᾶς, cfr II 437 sq. (sic etiam Dindorf et Blomfield). Nisi forte commate ideo distinxit, ut εἴδωλον σκιᾶς vocibus ὁμιλίας κάτοπτρον apposita esse exprimeret. — Conversiones, quæ sub α. β. γ. adlatæ sunt, hoc fere modo inlustrari possunt, si statuimus numero I significari ὁμιλίας κάτοπτρον, II εἴδωλον σκιᾶς, III δοκοῦντας — ἐμοί, et his numeris in lineam positis obiecta significari, sub lineam prædicata:

α. III / I, II   β. I, III / II   γ. I, II, III.

[10] p. 412.

dicta sunt: Bothe, qui vertit[1]: "*expertus dixerim — bene enim novi consuetudinis speculum — eos, qui mihi maxime benevoli viderentur, umbræ imaginem fuisse*", Schuetz[2], Keck[3], Heusde[4], v. Wilamowitz[5], Wecklein[6].

Quem verborum ordinem rectum esse existimo his de causis[7].

1. ὁμιλία est *'consuetudo', 'commercium'*, non *'amicitia'* coll. Sept. 586, Prom. 39, Soph. Phil. 70, Eur. Androm. 683 ἡ δ' ὁμιλία | πάντων βροτοῖσι γίγνεται διδάσκαλος, Hipp. 19, 838, 1441, Troad. 51, El. 384 τῇ δ' ὁμιλίᾳ βροτοὺς | κρινεῖτε καὶ τοῖς ἤθεσιν τοὺς εὐγενεῖς, fragm. 1024 φθείρουσιν ἤδη χρήστ' ὁμιλίαι κακαί, Ar. Plut. 776 αἰσχύνομαι — οἵοις — ξυνὼν ἐλάνθανον |, τοὺς ἀξίους δὲ τῆς ἐμῆς ὁμιλίας | ἔφευγον, εἰδὼς οὐδέν, Plat. Hipp. mai. 283 D, Xen. Apomn. III 7, 5. — 2. κάτοπτρον est *'speculum'*, non "*imago specularis*" (Hermann), coll. fragm. 393 κάτοπτρον εἴδους χαλκός ἐστ', οἶνος δὲ νοῦ, Eur. Med. 1161, Hipp. 428 sqq. κακοὺς δὲ θνητῶν ἐξέφην', ὅταν τύχῃ, | προθεὶς κάτοπτρον ὥστε παρθένῳ νέᾳ | χρόνος, Plat. Tim. 71 B ἐν κατόπτρῳ δεχομένῳ τύπους καὶ κατιδεῖν εἴδωλα παρέχοντι, Soph. 239 D φήσομεν τά τ' ἐν τοῖς ὕδασι καὶ κατόπτροις εἴδωλα. — 3. Verbis λέγοιμ' ἄν, λέξαιμ' ἄν, φαίην ἄν, φάσκοιμ' ἄν, εἴποιμ' ἄν, φράσαιμ' ἄν ita utuntur scriptores, ut vertenda sint *'dicam'* vel *'dixerim'* de iis, *quæ quis dicturus est (dicet)* vel *dicere posse profitetur*, vide Prom. 457 sq., Sept. 362, 555, Suppl. 939, Soph. O. R. 95, 282, 343, 773, El. 555, 633, Eur. El. 300, Hel. 23, Pind. Ol. XIII 103, Plat. Prot. 330 C, Theocr. XXV 49; 195[8]. Verum si post λέγοιμ' ἄν plene distinguitur, ad ea quæ iam dixit Agamemnon (823—28) referenda hæc verba sunt. Nam iis quæ se-

[1] p. 353.

[2] p. 265.

[3] p. 117, 336 sq. Hic εἴδωλον σκιᾶς mutat in εἰδώλων σκιάς, quam coniecturam Weilii in præfat. adnotavit. Cfr infra pp. 36 sq.

[4] p. 320.

[5] Hic post 830 versum de suo interpolavit.

[6] Or. p. 88.

[7] Cfr Keck p. 336.

[8] Cfr etiam supra 38, 557, Soph. Trach. 1072, El. 548.

quuntur, εὐ γὰρ ἐξεπίσταμαι κτἑ., causam adfert; cur addere potuerit εἰδὼς λέγοιμ' ἄν. Atque in hac quidem fabula Aeschylus λέγοιμ' ἄν duobus locis (739, 887) quasi veniam petens posuit, ubi de hominibus audaciores usurpaturus erat translationes, qui usus etiam hoc loco observatur, si λέγοιμ' ἄν cum εἴδωλον σκιᾶς coniungimus. Cfr etiam infra 1578 sq., Soph. Ai. 1037, Eur. Med. 1225 sqq. οὐδ' ἂν τρέσας εἴποιμι τοὺς σοφοὺς βροτῶν | δοκοῦντας εἶναι καὶ μεριμνητὰς λόγων | τούτους μεγίστην μωρίαν ὀφλισκάνειν de audaci vel novo quodam dicto. — Quod si verba εὖ γὰρ ἐξεπίσταμαι parenthesi includuntur, utpote quæ εἰδώς explicent[1], id inepte videtur fieri, cum εὖ γὰρ ἐξεπίσταμαι ad vim verbi εἰδώς nihil ferme addant nisi notionem εὖ.

Quæ vero Keck et Klausen locutioni illi εἴδωλον σκιᾶς obiecerunt, — ille omnino, hic. si ab ὁμιλίας κάτοπτρον separaretur, — umbris et imaginibus leviora sunt. Hæc disserit Keck[2]: "Ist es nicht auffallend dass das Prädikat zu δοκοῦντας, dem Objekt, im Singular steht? Ich wüsste in der Tat auch nicht den mindesten Grund anzuführen, warum Aeschylus nicht lieber in correcter Fügung εἴδωλα σκιῶν geschrieben hätte. Aber noch mehr: εἴδωλον σκιᾶς ist an und für sich gar kein haltbarer Begriff. Denn fassen wir εἴδωλον als "Abbild", so ist ein solches "Portrait von einem Schatten" etwas viel substantielleres als der Schatten selbst; deuten wir es aber als "Scheinbild", "Gespenst", so zerrinnt εἴδωλον σκιᾶς als gespenstischer Begriff, der sich nicht fassen lässt, uns unter den Händen. Nein — der Dichter schrieb ohne Zweifel εἰδώλων σκιάς". At quanquam 'rectissima' quæque Aeschylus non sectabatur, quis nescit vi translatâ numerum singularem recte poni? Atque sic inanitas multo gravius prædicatur. Cfr Soph. Ai. 125 sq. ὁρῶ γὰρ ἡμᾶς οὐδὲν ὄντας ἄλλο πλὴν | εἴδωλ', ὅσοιπερ ζῶμεν, ἢ κούφην σκιάν. Hor. Carm. IV 7, 16 pulvis et

[1] Cfr Paley p. 412.
[2] p. 337.

umbra sumus. εἴδωλον hoc loco nimirum est neque "Portrait" neque "Gespenst", sed *'imago specularis'*, atque imago prorsus perverteretur, si scriberetur εἰδώλων σκιάς. Nam id dicit Agamemnon, *quisquis simulabat se ipsi esse amicum, in speculo consuetudinis ad veritatem redditum*[1] (εἴδωλον) *non vere benevolum, sed umbram tantum* (benevoli) *apparuisse*. Cfr Men. fr. 4, 241 οὐ περιττὸν οἴετ' ἐξευρηκέναι | ἀγαθὸν ἕκαστος, ἂν ἔχῃ φίλου σκιάν Plat. Rep. VII 517 D. περὶ τῶν τοῦ δικαίου σκιῶν, Lync. ap. Ath. 6 p. 246 A (Passow) οὐκ ἄρτοι, ἀλλ' ἄρτων σκιαί.

Klausen sic disputat[2]: "sunt qui arctius iungant verba εὖ ἐξεπίσταμαι ὁμιλίας κάτοπτρον, hisque separatis εἴδωλον cett. pendere putent ab εἰδὼς λέγοιμ' ἄν. At tum nihil diceret Agamemno, nisi esse illos, qui sibi benevoli visi essent, homines inertes; id quod minime erant, sed inanis erat eorum familiaritas". Vanus scrupulus. Nam licet ita accipiamus σκιά, ut homines inertes significare credamus, e serie orationis elucet fuisse eos inertes ad veram benevolentiam præstandam coll. verbis quæ sequuntur μόνος δ' Ὀδυσσεύς — — ἕτοιμος ἦν ἐμοὶ σειραφόρος[3].

V. 904.

θήσει δικαίως σὺν θεοῖς εἱμαρμένα.

Scholion antiquum ad hunc versum, quod in libro *h* exstat, Wecklein sine interpunctione hoc modo descripsit: ἴσως ἵνα δίκας αὐτὸν ἀπαιτήσῃ τοῦτό φησιν ἕνεκα τοῦ φόνου τῆς

---

[1] Cfr locos supra laudatos, fragm. 393, quod non erat cur Hermann "alienissimum ab hoc loco" diceret (II 437), Eur. Hipp. 428, Androm. 683, El. 384. Cfr etiam Photii explicationem apud Heusdium exscriptam (p. 320): κατόπτρῳ μὲν ἐμφανίζεται τύπος τῆς μορφῆς τοῦ σώματος, ὁμιλίαις δὲ καὶ λόγοις τὸ τῆς ψυχῆς ἦθος χαρακτηρίζεται, Keck p. 336 sq. Neque igitur Wecklein (Or. p. 88) κάτοπτρον recte explicat *"täuschender Spiegel"*.

[2] p. 189.

[3] ἐξεπίσταμαι casum quartum regens invenitur Soph. fragm. 704, Eur. Cycl. 476, Herod. II 43, Plat. Phædr. 228 B, aliis locis.

θυγατρός. Tum referendum esset ad δικαίως. Verum ita scribere per leges grammaticas nunquam licebat. Scholion plena distinctione post ἀπαιτήσῃ posita trahendum est ad v. 902 (ἐς δῶμ' ἄελπτον ὡς ἂν ἡγῆται δίκη), cuius prior scholii pars (ἴσως[1] ἵνα δίκας αὐτὸν ἀπαιτήσῃ) est explicatio.

Vv. **921—25.**

εἰ πάντα δ' ὡς πράσσοιμ' ἂν εὐθαρσὴς ἐγώ.
— καὶ μὴν τόδ' εἰπὲ μὴ παρὰ γνώμην ἐμοί.
— γνώμην μὲν ἴσθι μὴ διαφθεροῦντ' ἐμέ.
— ηὔξω θεοῖς δείσας ἂν ὧδ' ἔρδειν τάδε;
— εἴπερ τις, εἰδώς γ' εὖ τόδ' ἐξεῖπον τέλος.

Versum 921 in codice *f* recte scriptum[2] puto. Nam optativus potentialis cum ἂν sic in protasi non semel invenitur (vide Goodwin Syntax §§ 409, 458, 506)[3]. Et πράσσειν cum adverbio coniunctum non ita paucis locis significat *'agere'*, cfr infra 1379 οὕτω δ' ἔπραξα, Cho. 1040 εὖ γ' ἔπραξας, Soph. Trach. 1247, fragm. 103, 5 sq. τάδ' οὕτω — πράσσειν (Nauck[2] τάσσειν Gomperzio auctore), Thuc. III 15, 1, Xen. Apom. III 4, 12, Plat. Prot. 313 A, Pol. V 463 E. Neque intellego, cur Aeschylo ὥς = οὕτω usurpare non licuerit, cum exempla huius usus apud plerosque scriptores Atticos

---

[1] Fortasse tamen primum illud vocabulum ἴσως ad 904 pertinet, ut sit paraphrasis vocabuli δικαίως, cfr Hesych. δίκαιον· εὔλογον, ἴσον, ὅμοιον.

[2] Codicis *f* scripturam retinuerunt Bothe, Schuetz, Wellauer, Klausen (*"si ita me habere potero"* p. 49), Heusde (suo modo explicans, vide p. 338), Verrall. — Dindorfii coniecturam πράσσοιμεν Franz, Hermann, Klausen-Enger, Schneidewin, v. Wilamowitz probarunt. Quod Weil (Weil[1] p. 73) scripsit, εἶπον τάδ', ὡς πράσσοιμ' ἂν εὐθαρσὴς ἐγώ, Keckio et Weckleinio probatum, ipse inprobans in curis alteris edidit εἶπον τάδ' ὡς π. ἂν εὐθαρσῆ λέγων. Lectione Farnesiana ἄνευ θάρσους recepta Blomfield εἰ = εἰ γάρ intellexit, Naegelsbach autem vertit *"si in omnibus ita mecum agi patiar"* (p. 165).

[3] Potest autem ἂν referri ad verbi formam εἴην in apodosi auditam, vide exempla apud Kuehner. II p. 37 A. 2 c, et ita Reisig (de vi et usu ἂν particulae p. 107), ut Wellauer tradit, nisi potius ἂν et ad protasin et ad apodosin pertinere putandum est.

exstent[1]. In medio enuntiato ideo videtur ὥς posuisse, quia voci πάντα vis addenda erat. Ad sententiam vero πράσσοιμ' ἄν bene se habet, nam quod NAEGELSBACH[2] animadvertit nihil inpedire quominus Agamemnon se modeste gereret, considerandum est modestiam (τὸ μὴ κακῶς φρονεῖν) esse θεοῦ μέγιστον δῶρον eum modo confirmasse. Quare totum versum interpretor: *'nisi si mihi contigerit, ut in omnibus rebus sic agam, non sum equidem bono animo'*.

Versum qui sequitur sic fere reddunt: *'tamen hoc* (quod dicis) *noli dicere adversus sententiam meam'*, quod ipsum satis apte dictum non est. Nam hæc saltem debet esse sententia: *'tamen in hac re* (de honore oblato) *noli loqui contra sententiam meam'*. At vero, ut est in libris, hæc solum versus ille videtur significare posse: *'tamen hoc dic mihi[3] sententiæ convenienter'*. Quod sentiens VERRALL hanc conversionem tentat[4]: *"come, answer — saving your judgment — one question from me"*, quæ quæstio sequitur v. 924. Sed talis interpretatio prorsus est intolerabilis. Nam primum particulæ καὶ μήν semper (nisi ubi novam personam introire significant) enuntiatum quoddam cum superioribus conectunt[5], ubi iis, quæ proxime dicta sunt, aliquis vel (1) adsentitur[6] *('vero', 'sane')* vel (2) aliam quandam rem addit[7] *('et vero', 'quin etiam')* vel (3) obloquitur[8] *('at vero', 'atqui', 'at tamen')*.

---

[1] Vide lexica (Soph. El. 65, Eur. Hipp. 1054, El. 155, Her. III 13, 4). Nisi forte pro δ' ὥς cum BURGARDIO (pp. 24, 69) τώς scribendum est.

[2] p. 165.

[3] Cfr supra 215, Pers. 701, fragm. 350, 8, Hom. τ 162, Soph. Ant. 446, El. 324, Eur. Phoen. 778, Plat. Euthyd. 294 C.

[4] p. 110.

[5] Et fere semper verbum secundum μήν positum premitur sæpeque tum vocula γε insuper additur.

[6] Cfr HARTUNG II p. 376 sqq. Alia exempla infra 1177, Cho. 508, Ai. 539, 794, 990, O. R. 345, 749, 836, 1005, Ant. 221, Plat. Phæd. 84 D, 88 E.

[7] Cfr HARTUNG II p. 382 sq. Alia exempla Pers. 409, Sept. 231, 359, 444, Eum. 714, Soph. O. R. 290, 1004, O. C. 396, Eur. Or. 110.

[8] Cfr HARTUNG II p. 389. Alia exempla Soph. Ai. 531, El. 321, 1045, 1188, O. R. 987, 1066, Ant. 558, 1054, Plat. Gorg. 471 D, Xen. An. I 7, 5.

Tum, quod maximum est, quoniam Clytemestra ex Agamemnone est quæsitura, utrum fecerit quiddam necne, absurdum esset in hac re loqui de iudicio servando aut abiciendo. Præterea non patet, cur illa quæstio pondere voci ἐμοί addito tam magnifice pronuntianda sit. Apparet autem e responso Agamemnonis Clytemestram movere eum ad sententiam mutandam conatam esse. Itaque crediderim Karstenium [1], hoc quidem loco in emendando felicem, recte scripsisse καὶ μὴν τόδ' εἶκε μὴ παρὰ γνώμην ἐμοί i. e. *'at tamen in hac quidem re cede mihi* (uxori tuæ) *secundum sententiam* (agens)'. τόδε significanter dictum est[2] voci πάντα oppositum. εἴκειν τι ut Soph. Ai. 1243, O. C. 172. K et Π permutata sunt ut Eur. Or. 140 (K et T Suppl. 246, Cho. 160, cfr infra ad 1104).

Etiam in versu 924 vocula illa ἄν turbas movit. ἄν ad ηὔξω *('vovistine?')* editores ante Blomfieldium [3] applicaverant. Qui monens [4] aoristum cum ἄν vim potentialem habere signo interrogationis deleto vertit: "*vovisses hæc ita facere* (sc. per vestes purpureas ingredi), *si aliquid metuisses*" [5]. At hoc ineptum. Etenim qui id poterat scire Clytemestra? Sed Blomfield [6] fortasse confundebat illam sententiam et hanc: *'vovendum tibi erat'*. Aliud autem artificium Hermann excogitavit, cum scriberet δείσασαν explicatione non subiuncta. Et placuit hoc Engero, rato Clytemestram ab Agamemnone iocose quæsivisse: "*num diis vovisti te ita adversus timidam mulierem acturum?*" [7] et Weckleinio, hanc interpretationem nobis administranti [8]: "*Hast du den Göttern gelobt, dass ich nur in Angst um dich solches Opfer* (von Gewändern) *bringe?*" — Engeri ridiculum commentum præter-

---

[1] p. 231.
[2] Cfr p. 39 annot. 5.
[3] Ita nuperrime etiam Verrall.
[4] p. 87.
[5] Et ita postea Weil et Paley.
[6] Cfr Weil p. 73 sq.
[7] Klausen-Enger p. 200.
[8] Orestie p. 93.

mittere possum[1]. Neque vero WECKLEINII translatio quicquam habet veri similitudinis, nam illud "*nur*" vix e textu elici potest; pro "*bringe*" autem desideraretur saltem "*bringen dürfe*". Præterea, ut verbis ENGERI de alia huius versus interpretatione utar[2], de hac re ne cogitare quidem ante adventum suum poterat Agamemnon. Multi vero viri docti etiam coniecturis luserunt[3]. Atqui verum viderat iam WELLAUER ἄν cum ἔρδειν coniungens, KLAUSENIO, NÆGELSBACHIO[4], HEUSDIO adsentientibus. Qua conlocatione HERMANN quidem inprobata hæc mire scripsit[5]: "vulgatum imperitissime eo tuitus est Wellauerus, quod ἄν ad infinitivum sit referendum, ex quo patet eum ἄν cum infinitivo ita pro infinitivo futuri poni existimasse, ut id ubique et sine discrimine fieri possit". Sed merito HEUSDE contra dixit, nam si formam verbi finitam substituerimus, recte scribetur ὧδ' ἔρδοις ἄν τάδε sc. εἴ τις παρέχοι τιμὴν μὴ κατ' ἄνδρα, cfr GOODWIN §§ 204 sq., 455. Reddo igitur versum: *'Num timore aliquo captus* (cfr v. 915) *dis* inconsiderate *vovisti te ita in hac re acturum* (i. e. tanta temperantia usurum esse, cfr 921 ὡς πράσσοιμ' ἄν), si honor nimius tibi offerretur'[6]. — Verbo δείσας i. e. *'timore aliquo captus ideoque temere agens'* in responso Agamemnonis opposita sunt illa εἰδώς γ' εὖ i. e. *'re* ante *probe perspecta'*.

---

[1] Non minus ridenda est MOMMSENI huius lectionis explicatio, qui ad δείσασαν voce γνώμην audita v. 924 interpretatus est (Rhein. Mus. XVI pp. 122 sq.): "*Gelobtest du den Göttern eine solche* [Meinung], *die bange war dies so (wie ich will) zu thun.*" Quod dictum esset hac sententia: *'Num vereris ita* (ut ego volo) *facere?'(!)*

[2] KLAUSEN-ENGER p. 59.

[3] Vide WECKLEINII Append. p. 173. Adde θεοῖς, ἦ ᾽δεισας ὧδ' v. WILAMOWITZ.

[4] p. 166.

[5] II p. 442.

[6] Cfr NÆGELSBACH p. 166. — Ad δείσας FRANZ (?) et KARSTEN ἄν retulerunt, quod fortasse fieri potest.

Vv. 1083—84.

Scholiasta antiquus, cuius explicatio, in codice *h* servata, ab omnibus fere editoribus est spreta[1], hoc modo videtur locum accepisse: *'famam vaticinandi tuam compertam habemus neque requirimus, qui eam prædicent* i. e. neque ut tu eam prædices studemus'. Quam interpretationem non prorsus inprobandam censeo. Tamen adducor, ut credam hoc scholion sic esse scribendum: τοὺς λέξοντας ἡμῖν περισσά· αὐτοὶ γὰρ αὐτόπται ἐγενόμεθα (cfr 1200 ὥσπερ εἰ παρεστάτεις). Tum in v. 1084 pro ἡμὲν (ἦμεν) Aeschylus γνωστῶν[2] vel tale quid (cfr 1091 sq.) scripsisse opinandus est.

Vv. 1103—05.

ἦ δίκτυόν τί γ' Ἅιδου;
ἀλλ' ἄρκυς ἡ ξύνευνος, ἡ ξυναιτία
φόνου. στάσις δ' ἀκόρετος γένει.

Hos versus multis modis tentatos[3] conicio sic scribendos esse:

ἦ δίκτυόν τί γ' Ἅιδου·
ἀλλ' ἀρτύει ξύνευνος, ἡ ξυναιτία
φόνου. στάσις δ' ἀκόρετος (sc. φόνου[4]) γένει.

Verterim: *'est profecto rete ab Orco ipso factum; at vero adfert* hoc ei *coniunx, quæ simul* cum Orco *causa est cædis'*. Auget illud γε vim vocis sequentis[5] Ἅιδου, quæ mea coniectura probata τῷ ξυνεύνῳ opposita est. Iam etiam particulæ ἀλλά aptus est locus. Orcum et Clytemestram in

---

[1] Exceptis BLOMFIELDIO, qui quo modo vertat occultans id tantum dicit se scholiastam sequi, et VERRALLIO, sic 1084 reddente (p. 127): "*we seek none to speak for thee* (μάρτυρας)".

[2] WIESELERUM nuper (Berl. Phil. Woch. 1889 col. 977) γνωτῶν proposuisse video (WEIL τούτων, WECKLEIN τῶν πρίν).

[3] Vide WECKLEINII Append. p. 181.

[4] Cfr infra 1188, Cho. 575 sq.

[5] De γε ad vocabulum quod sequitur pertinente cfr Soph. O. R. 715, 1015.

Agamemnone necando ita conspirare facit Cassandra, ut alter rete suppeditet, instruat altera [1]. Atque ut in stropha 4 et stropha atque antistropha 5 ea quæ Clytemestra agit depinguntur (1087 μήδεται [2], 1097 προτείνει, 1119 τύπτει), ita hic quoque optime ἀρτύει [3] (sc. δίκτυον) diceretur. — Si ἀρτύει in archetypo probe legi non poterat vel lectum est ΑΡΤΥΕ Ι, librarius aliquis facile ΑΡΚΥΣ Η restituere potuit, præsertim cum δίκτυον antecederet et Cho. 997 sq. fortasse in mentem ei venirent. Suppl. 246 et Cho. 160 K et T sunt permutata in M.

Vv. **1150—52.**

τὰ δ' ἐπίφοβα δυσφάτῳ κλαγγᾷ
μελοτυπεῖς ὁμοῦ τ' ὀρ-
θίοις ἐν νόμοις.

δυσφάτῳ κλαγγᾷ reddunt "*infausta voce*", δυσφημοῦσα, "*in unseligen Tönen*" (Bothe, Schuetz, Schneidewin, Heusde, Nægelsbach), "*mala voce*", "*übelen klangs*" (Klausen, v. Wilamowitz). Melius tamen scholiastam explicasse puto ἀσαφεῖ, αἰνιγματώδει, qua significatione Lycophron (v. 10[4]) voce δύσφατος utitur, fortasse ex hoc ipso loco petita. Tum recte dicitur '*sono obscuro* (non intellecto) *simulque*[5] *acutis modis*'. Opponuntur enim δυσφάτῳ et ὀρθίοις, et ad hos

[1] Cfr 1386, 1580, 1501 sqq., Eum. 273 sqq., Soph. Ai. 1034 sq.

[2] Sic versus 1086 sqq. distinguo (fere eodem modo iam v. Wilamowitz): τί τόδε νέον ἄχος; μέγα (fortasse μέγ' ἅ), | μέγ' ἐν δ. τ. μ. κακόν, | ἀ. φ., δυσίατον· ἀ. δ' | ἑ. ἀποστατεῖ.

[3] ἀρτύειν (ἀρτύνειν) est verbum Homericum, vide ϑ 53, λ 439, cfr ϑ 447. Cfr etiam Her. I, 12. — Wecklein C. F. Schmidtii coniectura usus scripsit: ἣ (debebat saltem scribere ἥ) δίκτυον τιταίνει | δάμαρ κυσὶ ξύνευνος ἁ ξυναιτία | Ἅιδου; στάσις δ' ἀκόρ. γένει κτέ. Sed συναιτία τινί = "*mitwirkend mit Einem*" non videtur posse dici (coll. Xen. Cyr. I 4, 15 τὸν μὲν δὴ πλεῖστον χρόνον οὕτω διῆγεν ὁ Κῦρος, πᾶσιν ἡδονῆς μὲν καὶ ἀγαθοῦ τινος συναίτιος ὤν, κακοῦ δὲ οὐδενός, Soph. Tr. 1233 sq.) neque talem verborum ordinem puto ferendum.

[4] διοίχνει δυσφάτους αἰνιγμάτων | οἴμας.

[5] In ὁμοῦ τε Hermann, Schneidewin, Ahrens, alii offendebant.

versus haud dubie 1161 sq. (τόδε τορὸν ἄγαν ἔπος) spectant. — Alterum vero scholion, quod versui 1150 est adscriptum (διὰ τὸ δυστυχῆ μαντεύεσθαι, ἢ διὰ τὸ προειδέναι τὰ δεινὰ ἀνωφελῶς), ad ματαίους (1149) pertinere apparet, cuius vocis utramque significationem (*'insanus'* et *'vanus'*) scholiastes enarrat [1].

V. **1171.**

ἐγὼ δὲ θερμόνους τάχ' ἐμπέδῳ βαλῶ.

In 1167 sqq. dicatur necesse est: *'ut urbs* (πόλιν μέν) *tota interiit sacrificiis nihil proficientibus, ita ego* (ἐγὼ δέ) *quoque interibo'* [2]. Hanc quidem sententiam multi viri docti coniecturis suis in textum intulerunt [3], sed aut nimis a tradita scriptura recesserunt [4] aut incommoda vel putida vocabula invenerunt. Si in archetypo hæc solum legi poterant

ΕΓΩΔΕΘΕΜ\ΟΥΣΤΑ*ΕΜΠΕΔΩΙΒΑΛΩ

codicum scriptura (\ = ON) pæne sponte exstitit [5]. Legendum autem censeo

ἐγὼ δ' ἐθ' [6] ἔμαθ' (i. e. αἷμαθ' [7]) ὕστατ' ἐμ [8] πέδῳ βαλῶ

---

[1] KUECK, qui recte vidit hanc explicationem ad 1150 spectare non posse, tamen perperam ad κακορρήμονας (1154) eam refert (Studia p. 42).

[2] Cfr in chori responso 1172 et 1175 coll. 1159—61.

[3] Cfr WECKLEINII Append. p. 184, AHRENS p. 620, KECK pp. 390 sq.

[4] BURGARDIO auctore (Quæst. gramm. p. 10) HEUSDE et WECKLEIN τάχα concinnitatis causa in extremo versu ponunt. At quanquam in choricis talis responsio sæpe invenitur (cfr tamen paulo ante 1156 πάτριον ποτόν = 1167 θυσίαι πατρός et Cho. 314 = 331), tamen in trimetris lyricis Aeschyleis nullum exemplum vidi. — θρόμβους, quod WECKLEIN coniecit, nisi αἵματος vel φόνου vel tali vocabulo addito non potest esse *'guttas sanguinis'*.

[5] Littera P non raro est perperam inculcata, ut Prom. 49, Suppl. 625, 699, Ag. 319, Eum. 317, 908.

[6] Cfr Cho. 1024.

[7] E sæpissime pro AI scribebatur, cfr huius fabulæ 207 (M), 1378 (*f*), 1470 (*f*, *g*), 1622 (*g*), 1653, Sept. 279, Cho. 171, 305, Pers. 124, 534.

[8] Cfr MEISTERHANS p. 85, Prom. 582, Sept. 648, 749.

i. e. *'atque equidem posthac*[1] (vel *insuper*) *sanguinem*[2] *extremum* (i. e. ad extremum) *in terram effundam'*. Vox illa ὕστατα plena est motus dolorisque: iam una e suis Cassandra superest.

Vv. **1198—1200.**

θαυμάζω δέ σου,
πόντου πέραν τραφεῖσαν ἀλλόθρουν πόλιν
κυρεῖν λέγουσαν, ὥσπερ εἰ παρεστάτεις.

Verba ἀλλόθρουν πόλιν multis viris doctis offendendi et coniciendi materiem dederunt. Quorum scrupulos ENGER comprehendit his verbis[3]: "ἀλλόθρουν πόλιν libri, quod quum alii[4] probarunt, tum Herm. defendit hac interpretatione: *miror te transmarinam de peregrina urbe sic loqui ut si præsens fuisses.* At neque πόλιν λέγειν recte est dictum, præsertim quum(?) παρεστάτεις sequatur, neque Cassandra de urbe, sed de antiquo domus scelere locuta est, neque ἀλλόθρουν urbem Græcam Græcus homo dixisset"[5]. Sed quæ in domo regia gesta sunt, ea rebus in urbe gestis adnumeranda esse per se intellegitur[6]; atque id ipsum mirandum erat Cassandram quæ in peregrina civitate (urbe) facta essent cognita habere. Neque ἀλλόθρους necessario est idem ac βάρβαρος (WEIL), cfr Soph. Trach. 844 ἀπ' ἀλλόθρου (= ἀλλοτρίας) γνώμας et Eum. 853 ἐς ἀλλόφυλον ἐλθοῦσαι χθόνα: ita enim Pallas urbem Atheniensium Furias adloquens vocat. λέγειν

---

[1] Cfr infra 1430, Soph. El. 66, Eur. Med. 1015, Or. 345, 598, El. 485.

[2] Ad numerum pluralem cfr infra 1292, BLOMFIELD. Glossar. ad Choëphor. v. 60, WEIL Sept tragédies d'Euripide p. 583.

[3] KLAUSEN-ENGER p. 77.

[4] Illi sunt BLOMFIELD, WELLAUER, KLAUSEN, FRANZ, DINDORF, PALEY, SCHNEIDEWIN, NÆGELSBACH.

[5] In eandem fere sententiam disseruerunt AHRENS, WEIL, KECK, HEUSDE, alii.

[6] Cfr Eur. El. 298 τὰν πόλει κακά de Electræ et Agamemnonis malis.

hoc loco verti potest *'describere'* coll. huius fabulæ 568, 653 (χειμῶνα), 850 (βίον), Prom. 660 (τύχας), Suppl. 202 (φυγάς), Eum. 440 (χώραν, γένος, ξυμφοράς), Soph. El. 413 (ὄψιν), πόλιν autem scripsit poeta pro τὰ ἐν τῇ πόλει (γεγονότα) ut 1241 τὴν δαῖτα (ξυνῆκα) = τὰ περὶ τὴν δαῖτα (λεχθέντα).

Vv. 1285(6)—89.

ἐπεὶ τὸ πρῶτον εἶδον Ἰλίου πόλιν
πράξασαν ὡς ἔπραξεν, οἳ δ' εἶχον πόλιν
οὕτως ἀπαλλάσσουσιν ἐκ θεῶν κρίσει,
ἰοῦσα πράξω, τλήσομαι τὸ κατθανεῖν.
ὀμώμοται γὰρ ὅρκος ἐκ θεῶν μέγας.

Omnes editores HERMANNO versum extremum e suo loco moventi et post 1282 inserenti obsecuti sunt præter HEUSDIUM, WILAMOWITZIUM [1], VERRALLIUM [2], qui traditum versuum ordinem servant. Qui quin pravus sit, non potest dubitari, neque tamen HERMANNI transpositio veri est similis. Immo huius versus et superioris sedes permutanda est, ut scribamus

ἐπεὶ τὸ πρῶτον εἶδον Ἰλίου πόλιν
πράξασαν ὡς ἔπραξεν, οἳ δ' εἶχον πόλιν
οὕτως ἀπαλλάσσουσιν ἐκ θεῶν κρίσει —
ὀμώμοται γὰρ ὅρκος ἐκ θεῶν μέγας —,
ἰοῦσα πράξω, τλήσομαι τὸ κατθανεῖν [3].

Vt enim Agamemnon 804 sqq. Troianos a dis fecit iudicatos (ἀνδροθνῆτας — ψήφους ἔθεντο), ita Cassandra calamitates Græcorum victorum [4] (tempestatem, mortem Agamemnonis

[1] v. WILAMOWITZ vertit: *"auch das sterben trag' ich nun, | denn zugeschworen hat es mir ein götterschwur."*

[2] VERRALL enarrat: *"for have not the gods sworn a mighty oath* i. e. *what I am to suffer is fated."*

[3] Hic versus corruptus videtur. Scripturam codicum retinent KLAUSEN, WELLAUER, BLOMFIELD, HERMANN, SCHNEIDEWIN, NÆGELSBACH, HEUSDE, PALEY, V. WILAMOWITZ. Fortasse ἰοῦσα πρᾶξιν τλήσομαι τοῦ κατθανεῖν. Cfr Prom. 721.

[4] οἳ δ' εἶχον πόλιν i. e. *'qui urbem habebant* tum, cum profecta sum, habentque etiamnunc'; cfr KUEHNER Gramm. § 383, 5.

et Clytemestræ) deorum iudicio (ἐκ θεῶν κρίσει [1]) adlata esse declarat [2], et ad orationem suam confirmandam atque amplificandam femina fatiloqua addit: ὀμώμοται γὰρ ὅρκος ἐκ θεῶν μέγας. Hic versus primum videtur omissus esse a librario (qui propter duo illa θεῶν alterum sub altero scriptum, postquam 1287 [οὕτως κτέ.] exscripsit, oculis aberrantibus statim 1289 [ἰοῦσα κτέ.] subiunxit), deinde autem ab ipso (vel alio) in margine suppletus posteaque perperam post 1289 insertus [3]. Cfr etiam huius fabulæ 1202—3, 1302—3 [4], Pers. 1011.

Vv. **1337—39.**

νῦν δ' εἰ προτέρων αἷμ' ἀποτίσει
καὶ τοῖσι θανοῦσι θανὼν ἄλλων
ποινὰς θανάτων ἐπικρανεῖ.

Sententiam hanc apparet esse: *'nemini firma prosperitas est speranda, si Agamemnon tantam gloriam felicitatemque adeptus tam necopinato ac pœne inmerito ob alienam culpam iam nunc poenas persoluturus est'.* Neque igitur hæc de Iphigenia inmolanda vel de supplicio Clytemestræ et Aegisthi recte intellegi possunt. προτέρων αἷμα et ἄλλων θανάτων ad cædem liberorum Thyestis [5], τοῖσι θανοῦσι [6] ad Thyestem

[1] κρίσει (dat. causæ) ἐκ (cod. *f*) θεῶν ut Suppl. 169 μῆνις ἐκ θεῶν, Eum. 345 ὕμνος ἐξ Ἐρινύων, Soph. Phil. 406 ἐξ Ἀτρειδῶν ἔργα. Melius tamen videtur scribere ἐν θεῶν κρίσει. ἐκ e versu, qui sequitur (ὀμώμοται κτέ.), facile inrepere potuit.

[2] Fortasse verba ἐκ θεῶν κρίσει etiam ad interitum Troiæ (πράξασαν ὡς ἔπραξεν) referenda sunt.

[3] Pariter Ag. 893, quem vulgo post 886 transponunt, videtur cum SCHUETZIO post 894 esse conlocandus.

[4] Cfr Agamemnon, öfvers., p. 62.

[5] Ita iam KLAUSEN. προτέρων αἷμα de Iphigenia accipit NÆGELSBACH, de liberis Thyestis et Myrtilo HEUSDE, ἄλλων θανάτων ad Agamemnonis ipsius mortem refert HERMANN, ad ipsius mortem et Clytemestræ Aegisthique PALEY, ad mortem Clytemestræ et Aegisthi NÆGELSBACH, WEIL (in WEIL[1] editum est ἐπιπράξει), v. WILAMOWITZ (qui scripsit ἐπικλαρώσει), VERRALL.

[6] τοῖσι θανοῦσι ad Iphigeniam referunt HERMANN et NÆGELSBACH

ipsum spectare puto, cfr supra 1222. ἐπικραίνειν ποινάς τινί τινος *(persolvere poenas alci alcis rei)* ut τίνειν, cfr infra 1545 sq. χάριν ἐπικρᾶναι (= τίνειν). Quod codices habent ἐπικρανεῖ plerosque offendit [1], quandoquidem hanc verbi formam pænultimam corripere existimarunt. Soli FRANZ [2] et KARSTEN ᾱ hoc loco (cfr etiam Eum. 951) productum esse tenentes scripturam codicum tutati sunt [3]. Vide nunc DANIELSSON, Studien p. 36 [4].

V. **1358.**

τοῦ δρῶντός ἐστι καὶ τὸ βουλεῦσαι πέρι.

Prius quam enarrationes valde discrepantes, quas editores ad hunc versum protulerunt, percenseo, haud inutile erit totius loci rationem exponere.

In sententiis propter lamentationem Agamemnonis e domo auditam dicendis quinque priores choreutæ duabus sententiis prolatis (1348, 49) in eo conveniunt, quod ad agendum contra interfectores suadent. Sextus autem

---

ad Iphigeniam et liberos Thyestis PALEY, ad liberos Thyestis WEIL et KECK (hic scripsit παισὶ θανοῦσι), ad liberos Thyestis et Myrtilum HEUSDE.

[1] HERMANNI coniecturam ἐπικραίνει receperunt SCHNEIDEWIN, KLAUSEN-ENGER, HEUSDE, PALEY, WEIL II. WECKLEIN, insuper ἄλλος scribens, vertit: *"und wenn es so ist, dass immer ein anderer durch seinen Tod den Getöteten Sühne des Mordes verschafft"*. Sed hæc communis lex non tam commiseranda senibus erat quam potius victoris Agamemnonis subitus casus. VERRALL verbum ἐπικρανεῖ ab ἐπικρανέω ductum esse ratus sententiam hoc modo exponit: *"must crown the pile with yet other deaths in revenge,* literally *'is putting other revengeful deaths as a capital upon the column'* referring to v. 1283 [ἄξει *("will lead to")* νιν (sc. θριγκόν i. e. abacum) ὑπτίασμα (i. e. echinus) κειμένου πατρός], where the same metaphor is applied to the same facts" (!).

[2] "Das Fut. ἐπικρανεῖ hat hier ein langes ᾱ durch κραανῶ von κραιαίνω (vgl. φαίνω, φαείνω, φᾱνῶ)" (p. 350). Cfr KARSTEN p. 283.

[3] Etiam NÆGELSBACH et KIRCHHOFF scripturam codicum servarunt.

[4] "Die aktive Futurform ἐπικρᾱνεῖ aus *-κρᾱανεῖ."

negat se consilium scire quod det (1358 parumper prætereamus), atque septimus priori adsentitur, quia regem loquendo ad vitam revocari posse non sit sperandum. Iam vero octavus contra dicens indignum esse iudicat ita[1] (ut choreutæ VI et VII) cedere dominis superbis. Ergo choreutæ VI atque VII, consilium cum conferre abnuant, nihil esse agendum censere manifestum est. Quod septimus ille dicit, verbis mortuum a mortuis excitare non licere, id scilicet non dicit, ut ad agendum hortetur[2] (neque enim agendo magis mortuus vivus potest fieri), sed ut unamquamque rationem inutilem esse scite ostendat.

Sed iam ad 1358 revertamur. Quo in versu plerique editores choreutam illum ad deliberandum hortari statuerunt[3], quod tamen est et in ipso deliberando supervacaneum

---

[1] ὧδε cum ὀπείξομεν coniungendum esse iam numero monetur, nam illo vocabulo ad τείνοντες cum PALEYO relato versus in tres dipodias distrahitur.

[2] Ita KLAUSEN et NÆGELSBACH. Vide infra.

[3] FRANZ: *"Wer handelt muss auch wohl erwägen, was er thut"*; KLAUSEN-ENGER (p. 248, cfr p. 246): SCHOLEFIELDII conversione probata (*"qui acturus est, eum etiam deliberare decet de re gerenda"*) ENGER pergit: "Sextus hic iam eo quod se nescire dicit, quamnam sententiam probet, satis docet se non consentire cum iis qui ante eum sententias ferebant. Illis *agendum*, i. e. intrandum in ædes videbatur, nemo vero quid ibi sint acturi exposuit [at cfr πρᾶγμ' ἐλέγχειν v. 1350], hac de re igitur antea deliberandum esse censet". Quo modo autem in hanc interpretationem quadrat v. 1360? PALEY (p. 455): *"'Tis the part of the doer to have considered about (the thing to be done)* i. e. *some plan is necessary for acting at all"*. [Mox autem inconstantissime τοιοῦτός εἰμι explicat φημίζομαι δρᾶν τι.] HEUSDE (p. 410) iungit καὶ περίεστι τὸ βουλεῦσαι τοῦ δρῶντος, enarrat: "iam ab *agendi* consilio ad *deliberandum* redit chorus". BLOMFIELD (p. 123) coniungit ἐστὶ καὶ τὸ βουλεῦσαι περὶ τοῦ δρῶντος hanc desperatam explicationem proponens: *"quoniam mortuo succurrere non possumus, at saltim de interfectoribus eius consilium ineamus"*. Tamen WELLAUER (p. 102) hanc conversionem suam fecit, quod non possum non mirari. SCHUETZ πέρα pro πέρι scribens vertit (p. 300): *"agentis potius est porro quid opus sit deliberare"* et ita fere BOTHE in translatione textui subiuncta (p. 392) et SCHNEIDEWIN (p. 164 *"der wer handelt, muss auch weiter Rath pflegen*

neque eius, qui nihil actum velit. Alii[1] e versu 1358 adhortationem agendi extorserunt. Quo quid potest esse absurdius nexum sententiarum probe perspicienti? Choreutæ sexto, ut a prioribus dissentiens animo erat abiecto, dicendum erat aut deliberando nihil profici[2] (sc. posteaquam rex interfectus est) aut nihil (quod prodesset) agi posse[3] aut se nihil facere velle (sc. quia nihil quod prodesset effici posset[4]). Et hoc quidem dicit choreuta ille, si τοῦ δρῶντος recte explicamus. Recte sane SCHOLEFIELD vertit *"qui aliquid facturus sit"* (cfr Soph. El. 350 τήν τε δρῶσαν, Eur. Hec. 1197, Phoen. 81, Xen. Cyrop. V 1, 22[5]), sed hæc hypothetice sunt accipienda[6], ut senem se ipsum

---

d. h. auch über das Handeln hinaus überlegen was weiter werden soll"); WECKLEIN (Or. p. 120) AURATI coniectura πάρος accepta: *"Wer handeln will, muss sich vorher erst beraten"*. Et ita, ut videtur, HERMANN (p. 479). At cfr SCHNEIDEWIN p. 239.

[1] KLAUSEN (p. 261): *"eius qui agit, est* [sc. βουλή] *etiam in censendo"* (τὸ βουλεῦσαι πέρι = quod ad censendum attinet), quam conversionem vix quisquam intellegat, quanquam ipse explicandi causa hæc subiungit: "Gravitatem utriusque rei propositæ agnoscens adhortatur sextus senator, ut quam celerrime perficiatur alterutra, probaturum se esse promittens, quidquid agatur, modo agatur aliquid"(!); NÆGELSBACH: *"de re facta datur etiam consultatio"* (p. 193), *"das Handeln giebt uns erst zur Berathung Stoff"* (p. 111) [i. e. erst handeln, dann berathen(!)].

[2] Ita BOTHE (p. 730 in adnotatione): καὶ περίεστι τὸ βουλεῦσαι τοῦ δρῶντος (= τοῦ δρᾶν); *"Atque consilia agitare num plus valet agendo* [i. e. Clytemestræ et Aegisthi facinore]?" Et in eandem fere sententiam KARSTEN (p. 93): *"consilium dare etiam maius, difficilius est quam agere"*. At neque tmesis illa (Ag. 1558 et Pers. 876 similes non sunt) neque sedes vocabuli καί defendi potest.

[3] Olim hac sententia propter sequentis choreutæ verba (δυσμηχανῶ κτέ.) probata nisusque scholio antiquo in cod. *h* exscripto (οὐκ οἶδα, φησίν, ποίαν εἰπὼν βουλὴν ἐπιτύχω· κἂν γὰρ βουλεύσωμαι, πρᾶξαι οὐ δύναμαι· ἀνήνυτος δὲ δίχα πράξεως ἡ βουλή) conieci οὐ δρᾶν γάρ ἔστι, κεὶ τὸ βουλεῦσαι πάρα. Quod tamen supervacaneum est.

[4] Quam sententiam proximus choreuta eloquitur.

[5] Cfr KUEHNER II. p. 121 ("Besonders häufig wird das Partizip des Präsens so gebraucht").

[6] Ideo, credo, WEIL (WEIL[II]) scripsit ἄν τι pro ἐστι, sine necessitate.

ex acturorum numero excludere intellegatur. Optime iam STANLEY ad τοῦ δρῶντος adscripsit: "sc. tui, qui agere gliscis et suades; ego nequeo consilium dare". Verto igitur: *'non est nisi eius, qui aliquid facturus sit, etiam deliberasse de re gerenda'* [1]. Ad πέρι [2] audiendum est τοῦ δρᾶν vel τοῦ δρωμένου. Cfr Cho. 849, Soph. Ant. 519.

Vv. **1414—15.**

οὐδὲν τόδ' ἀνδρὶ τῷδ' ἐναντίον φέρων·
ὃς οὐ προτιμῶν κτἑ.

οὐδὲν τόδε BOTHE, KLAUSEN, WELLAUER interpretati sunt *'nihil eiusmodi'*, quam conversionem HERMANN iure repudiavit. Ipse vertit *'non hoc'* sc. quod sequitur — fortasse recte coll. Hom. B 274 sq. νῦν δὲ τόδε μέγ' ἄριστον ἐν Ἀργείοισιν ἔρεξεν, | ὃς τὸν λωβητῆρα ἐπεσβόλον ἔσχ' ἀγοράων [3]. Plerique tamen VOSSII coniecturam τότ' probarunt [4]. Quæ quidem non est inprobabilis, nam quod HEUSDE animadvertit [5] tum dicendum fuisse ἐνεγκών, non φέρων, fallitur. φέρων est participium inperfecti coll. Eur. El. 1203 sq. φρονεῖς γὰρ ὅσια νῦν, τότ' οὐ | φρονοῦσα, Tro. 1277, Or. 485, 808, Hec. 484 ἄνασσαν δή ποτ' οὖσαν Ἰλίου; cfr etiam infra 1518. Facillimum tamen videtur codicum lectione τόδε servata in versu sequente ὡς pro ὅς restituere. Et hanc antiquam fuisse scripturam conligere licet e paraphrasi huius loci, quæ in *h* exstat ("σχ. παλ."): κατ' οὐδὲν [6] μεμφόμενος τῷ Ἀγαμέμνονι ὅτι

[1] Et sic fere etiam WEIL (WEIL[1] p. 113) et VERRALL (p. 153) hunc locum intellexerunt. Cfr etiam ENGER-GILBERT p. 85.

[2] LALIN (p. 24) perverse particulæ πέρι vindicavit Homericam illam et adverbialem notionem *'in hohem Grade'*.

[3] HEUSDE (p. 416) codicum scripturam hoc modo tuetur: "sequi debebat ὅτι non ὅς, sed irascentis est mutata constructio".

[4] BLOMFIELD, FRANZ, KARSTEN, WEIL, DINDORF (Ox.), PALEY, KLAUSEN-ENGER, ENGER-GILBERT, KIRCHHOFF, V. WILAMOWITZ (hic edidit τότ' — ὅτ' pro τόδ' — ὅς), WECKLEIN.

[5] p. 416.

[6] Ad negandi vocabulum οὐδέν = οὐδαμῶς cfr huius fabulæ 196, 783, 1463. Cfr etiam PALEY p. 459 (Eur. Med. 154). — VERRALL (p.

τὴν ἐμὴν θυγατέρα Ἰφιγένειαν ἔκτεινεν[1] κτέ. — τόδε ὡς ut supra 500, Prom. 869 (τάδε ὡς), 914, Cho. 1009 (τόδε ὡς). — Mox ad ὡσπερεὶ βοτοῦ μόρον intellegenda βοτὴρ οὐ προτιμᾷ.

Vv. **1459—62.**

νῦν δὲ τελείαν πολύμναστον
ἐπηνθίσω δι' αἷμ' ἄνιπτον,
ἥτις ἦν τότ' ἐν δόμοις
ἔρις ἐρίδματος ἀνδρὸς οἰζύς.

Cum versibus 1465—68 versus 1456—62 quodam modo reddantur (μία πολλῶν ἀνδρῶν ψυχὰς Δαναῶν ὀλέσασα = μία τὰς πολλάς, τὰς πάνυ πολλὰς ψυχὰς ὀλέσασ' ὑπὸ Τροίᾳ), multum illi valeant ad hos intellegendos vel emendandos est necesse. Ac rem considerantibus nobis primum omnino tenendum est in 1456—62 nisi de Helena non agi. Deinde vocem ἀνδρολέτειρα ad 1462 spectare Wecklein vidit[2]. Quam ob rem ἀνδρός de Menelao[3] accipi non potest, sed de Paride esse dictum credendum est[4]. Tum autem illud τότε, quod de tempore ante bellum interpretes intellexerunt[5], referendum est ad belli Troiani tempus, ad δόμοις vero audiendum Πάριδος, nisi potius πύλαις[6] (sc. Τροίας) vel πόνοις legendum sit. Iam solus restat v. 1468, cui 1459 sq. respondisse est consentaneum[7]. Hos autem versus, ut in libris leguntur, corruptos

158) scripsit οὐ σύν (ita primo *f*, sine dubio errore quodam): *"and joinest not in laying that reproach (i. e. the reproach of murder) against my husband here."*

[1] Hæc paraphrasis, qua est bonitate, sine dubio ex antiquo fonte fluxit, cfr Roemer p. 222 sqq.

[2] Or. p. 127.

[3] Ita Wecklein l. l.

[4] Cfr 714 Πάριν τὸν αἰνόλεκτρον, 744 γάμου πικρὰς τελευτάς, 748 νυμφόκλαυτος Ἐρινύς.

[5] Schuetz (p. 307), Schneidewin (p. 175). Cfr Oberdick, Krit. Studien pp. 6 sq.

[6] Ut Eur. Med. 1284 BC pro πύλας præbent δόμους.

[7] Iam ob hanc causam veri similis non est Hermanni sententia, Wellauero, Franzio, Dindorfio, Weilio, Schneidewino, Engero,

esse iam ex eo patet, quod ad τελείαν πολύμναστον nomen aliquod substantivum desideratur, nam ψυχήν intellegere [1] minime satis facit [2]. Requiro vocem idem significantem atque ἄλγος. Tum ἐπανθίζεσθαι, quod nihil ferme aliud potest esse quam *'floribus tegere'* vel *'abunde tegere'* [3] (cfr ἀνθίζεσθαι, ἐξανθίζεσθαι *flores sibi decerpere,* ἀνθεῖν *florere, abunde tectum esse*), quo modo huc quadret non video. Postremo mutatio illa personarum (ἐπηνθίσω : ἦν) ferri nequit.

Equidem quanquam nihil adfirmare audeo, ad exemplum v. 1468 locum hoc modo restituere conatus sum:

νῦν δὲ τελείαν πολύμναστον [ε]πενθ<είαν [4]
ἔκτ>ισ' ὧ<δε> δι' αἷμ' ἄνιπτον,
ἣ [5] τις ἦν τότ' ἐν δόμοις
ἔρις ἐρίδματος ἀνδρὸς οἰζύς [6].

i. e. *'nunc vero dolorem perfectum (= summum [7]), memorem* [8] Helena *ita* (ut videre licet) *commovit ob sanguinem haud abluendum* (sc. Agamemnonis), *quæ tum, quanquam domi* (intra muros) *versans, erat Discordia quædam*

NÆGELSBACHIO, KECKIO, aliis probata, qui 1456—62 versibus 1539—49 respondere sumens post τελείαν non nullos versus excidisse opinatus est. Cfr PALEY p. 463 (ad 1430). 1456—62 ut ephymnium videntur repetendi post 1475. Cfr WECKLEIN, Technik p. 220, 222, 231, ROSSBACH u. WESTPHAL³ III: 2 p. 47.

[1] STANLEY, SCHEUTZ, BOTHE, HEUSDE, ψυχὰν ὀλομέναν VERRALL.

[2] Multi alii potentes (vel adulti: HEUSDE) et clari viri propter Helenam iam ceciderant.

[3] Cfr DAHLGREN p. 50 sq.

[4] De ᾱ in dialecto Attica servata cfr MEYER, Gramm.² § 48 (εὐκλείαν Sept. 672). Scribi etiam potest πένθειαν. Tum ultima versus syllaba alio numero sequente anceps esse putanda est.

[5] Cfr 1451 ἡμῖν, 1104 ἡ ξυναιτία. Cfr etiam v. WILAMOWITZ, Herakles I p. 126.

[6] ἀξύστατον si vertimus *'incomparabilem'* = τελείαν, si vertimus *'insanabilem'* = πολύμναστον. πένθειαν (cfr supra 438) = ἄλγος, ἔκτισε (cfr Cho. 440 μόρον κτίσαι) = ἔπραξεν.

[7] Cfr Plat. Civ. I 344 A τὴν τελεωτάτην ἀδικίαν, 348 B, Legg. III 678 B τελέους πρὸς ἀρετὴν ἢ καὶ πρὸς κακίαν.

[8] Cfr 163 μνήμων μῆνις.

gravis domitrix[1] i. e. multos domans, *calamitas viri* (Paridis [2])'.

1459 est dimeter dochmiacus ut infra 1495. De formis dochmii minus usitatis cfr ROSSBACH u. WESTPHAL[3] III: 2 p. 770 sqq. 1460 est glyconeus secundus acatalecticus (cfr infra 1497). 1461 et 62 sunt versus trochaici[3].

Vv. **1473—75.**

ἐπὶ δὲ σώματος δίκαν μοι
κόρακος ἐχθροῦ σταθεὶς ἐννόμως
ὕμνον ὑμνεῖν ἐπεύχεται.

In 1475 omnes fere[4] sumpserunt vocabulum iambicum excidisse, quod alii aliter[5] suppleverunt. Equidem desidero vocem ad ὕμνον adiectam qualis hymnus sit significantem. Quod plerumque fit, ubi ὕμνος et παιάν (μέλος, μολπή, νόμος, ᾠδή) in malam partem usurpantur, et Furiarum quidem vel Orci inferorumve talis hymnus sæpe dicitur esse. Vide supra

---

[1] WECKLEIN, qui δύσδματος *("schwer zu bezwingen")* edidit, hæc disserit (Or. p. 157): "ἐρίδματος kann kein Wort sein; denn die Ableitung von ἔρις ist absurd und "sehr gebaut" [*"firme conditus"* KLAUSEN (p. 272), *"probe fixa fundataque"* NÆGELSBACH (p. 199), *"firmiter fundata"* HEUSDE (p. 423) et ita DINDORF in Lexico Aesch. et TESSING (p. 48)] bedeutet nichts". Cfr etiam KARSTEN p. 301 ("non scite compositum"). Tamen cum HERMANNO credo verti posse *"gravis domitrix"*.. ἐρίδμητος *(valde domans)*: νεόδμητος *(nuper domitus)*, ἄδμητος *(indomitus)* = ἀρισφαλής *(facile evertens*, Hom. ρ 196), ὑπέρβατος (*superans*, Ag. 428): ἀσφαλής *(non labans)*, πολύβατος *(multum tritus)*, ἄβατος *(invius)*. Cfr SCHENK pp. 73 sqq., ubi adiectiva verbalia in -τος apud Aeschylum plerumque activam vim habere ostenditur. Cfr etiam ἐρικυμάς (? Ag. 122), ἀρίδακρυς (Pers. 951 = πολύδακρυς 942), ἐρικλάγκτας (Pind.), ἐρικυδής (Herod., Theocr.), ἐριθηλής (Theocr.).

[2] Cfr Eur. Hec. 948 οὐ γάμος ἀλλ' ἀλάστορός τις οἰζύς de Helena.

[3] Ad 1462, cuius metrum WECKLEINIO non satis facit (Or. p. 157), cfr 1474. — 1459 sq. fortasse potius sic discribendi sunt νῦν δὲ τελείαν πολύμναστον (tetram. dact. syncop.) | πένθειαν ἔκτισ' ὧδε δι' αἷμ' ἄνιπτον (pentap. logaoed. cum anacr.).

[4] KARSTEN βίον 1455 eiecit.

[5] Vid. WECKLEINII Appendix p. 198.

711 ὕμνον — πολύθρηνον, Eur. Tro. 126 παιᾶνι στυγνῷ, supra 658 παιᾶνα τόνδ' Ἐρινύων, Sept. 853 sqq. τὸν δυσκέλαδόν θ' ὕμνον Ἐρινύος | ἀχεῖν Ἀίδα τ' | ἐχθρὸν παιᾶν' ἐπιμέλπειν, Eur. Herc. F. 1025 sq. τίνα στεναγμὸν | ἢ γόον ἢ φθιτῶν | ᾠδὰν ἢ τίν' Ἅιδα χορὸν ἀχήσω; Cfr etiam supra 980 sq. ὑμνωδεῖ | θρῆνον Ἐρινύος, Eum. 332 ὕμνος ἐξ Ἐρινύων, Sept. 935 sq., Cho. 151, Eur. Alc. 424, Andr. 1199, Suppl. 773.

Coniecerim igitur Ἀρᾶν ἐπεύχεται. — In scholio videtur legendum ᾄδει pro δικάσει, quod hoc loco sensu vacat.

Vv. **1510—12.**

βιάζεται δ' ὁμοσπόροις
ἐπιρροαῖσιν αἱμάτων
μέλας Ἄρης κτέ.

Male aut βιάζεται passive[1] vel transitive[2] interpretati sunt aut aliud verbum reposuerunt[3]. Recte autem SCHNEIDEWIN vulgatam vertit *"bricht sich Bahn (in Strömen verwandtschaftlichen Bluts)"*, cuius usus hæc exempla suppeditabo: Theocr. XV 76 βιάζευ *(= vi perrumpe)*, Thuc. I 63, 1 δρόμῳ βιάσασθαι ἐς τὴν Ποτείδαιαν, III 20, 1 ὑπερβῆναι τὰ τείχη τῶν πολεμίων, ἣν δύνωνται βιάσασθαι, IV 48, 2, VII 69, 4; 79, 2; 83, 5 διὰ τῶν φυλάκων βιασάμενοι ἐχώρουν τῆς νυκτός, Xen. Cyr. III 3, 69 εἰ βιάσαιντο εἴσω, Pol. 4, 18 τῇ πόλῃ, Plut. Pomp. 71 βιάζεσθαι πρόσω. Cfr etiam Prom. 1042 et Ar. Av. 32 ὢν οὐκ ἀστὸς εἰσβιάζεται.

---

1 *"Adigitur (ad cædem cæde ulciscendum)"* SCHUETZ (p. 310), *"gewaltsam fortgetrieben wird"* FRANZ, *"lacessitur"* NÆGELSBACH, ἀναγκάζεται HEUSDE, *"im frischen blute liegt ein höllenzwang"* V. WILAMOWITZ.

2 *"Furor grassatus rivis domestici sanguinis eo trudit (unumquemque qui in domo versatur), quo"* cet. KLAUSEN (p. 276), *"furor (unumquemque qui in domo versatur) trudit ad effundendum domesticum sanguinem"* KLAUSEN-ENGER (p. 261).

3 βρυάζεται KARSTEN, KECK ("βιάζεται ganz unverständlich"), λιάζεται WECKLEIN, quod reddit *"er schreitet dahin"* (Or. p. 129). At habet hæc vox vim prorsus contrariam. Potius divinaveris βιβᾷ δὲ τᾷδ' — ὅποι δικὰν προβαίνων κτέ., cfr Cho. 306 sq. τῇδε τελευτᾶν, ᾗ τὸ δίκαιον μεταβαίνει.

Vv. **1550—51.**

οὐ σὲ προσήκει τὸ μέλημα λέγειν τοῦτο.

Karstenio auctore Schneidewin, Weil, Nægelsbach, Enger, Keck, Wecklein, Verrall μέλημ' ἀλέγειν ediderunt. At minime necessaria est hæc lectio, quin etiam deterior quam codicum. Nam multo maius pleniusque contemptionis est dicere *'hanc curam* (sc. corpus sepeliendi) *commemorare tuüm non est'* quam *'curæ hanc rem habere tuum non est'*. Heusde[1] bene contulit Soph. Phil. 150 μέλον πάλαι μέλημά μοι λέγεις, quem locum Wecklein verbo λέγεις omisso in suum usum convertit[2].

V. **1580.**

ἰδὼν ὑφαντοῖς ἐν πέπλοις Ἐρινύων.

Nauckio adstipulatus Wecklein scripsit ἐν πάγαις, quod ὑφαντοῖς ad notionem vocis πέπλοις nihil adderet[3]. Qua in re fallitur, nam ὑφαίνειν sæpissime est *'artificiose, sollerter texere'* (antiquissimum exemplum Hom. Γ 125 sqq.; præterea β 94, Eur. I. T. 814, 817, Ion. 1417, Pind. fr. 160 ὑφαίνω — ποικίλον ἄνδημα, Plat. Crit. 116 B ποικίλα ὕφαινον), ὕφασμα et ὑφή *'textum artificiosum'* (Hom. γ 274 πολλὰ δ' ἀγάλματ' ἀνῆψεν ὑφάσματά τε χρυσόν τε, Cho. 230 sq. ἰδοῦ δ' ὕφασμα τοῦτο, σῆς ἔργον χερός, σπάθης τε πληγὰς ἠδὲ θήρειον γραφήν, Eur. Ion. 1141, 1159, 1417, 1418, 1424, Plat. Polit. 311 C), ὑφαντός *'arte textus'* Hom. ν 218 χρυσὸν ὑφαντά τε εἵματα καλά, h. Ven. 139, Eur. Ion. 1146 sqq., Thuc. II 97, 3 ὑφαντά τε καὶ λεῖα (*"die verschiedenen Zeuge, die kunstvoll u. bunt gewirkten"* Classen). Cfr Soph. Trach. 602 εὐυφῆ πέπλον. Ac vestem quidem, qua indutus Agamemnon est occisus, præcipuæ artis fuisse opus apparet e Cho. 1011 ποικίλματος coll. 1013 (πατροκτόνον ὕφασμα), Ag.

---

[1] p. 431. Etiam Paley et v. Wilamowitz codicum scripturam servarunt.

[2] Or. p. 131.

[3] Or. p. 158 "Bei πέπλοις ist ὑφαντοῖς nichtssagend".

1493 ἀ ρ ά χ ν η ς ἐν ὑφάσματι (= *in texto adfabre facto)*, Eum. 463 sq. π ο ι κ ί λ ο ι ς ἀγρεύμασιν | κρύψασα, 638 δ α ι δ ά λ ῳ π έ π λ ῳ.

Vv. **1649—53.**

1649 AI. ἀλλ' ἐπεὶ δοκεῖς τάδ' ἔρδειν καὶ λέγειν, γνώσῃ τάχα.
1650 XO. εἶα δή, φίλοι λοχῖται, τοὔργον οὐχ ἑκὰς τόδε.
1651 XO. (corr. ex AI.) εἶα δή, ξίφος πρόκωπον πᾶς τις εὐτρεπιζέτω.
1652 AI. ἀλλὰ κἀγὼ μὴν[1] πρόκωπος οὐκ ἀναίνομαι θανεῖν.
1653 XO. δεχομένοις λέγεις θανεῖν σε· τὴν τύχην δ' αἱρούμεθα.

De his versibus inter Aegisthum et chorum distribuendis non nihil ambigitur. Omnes[2] quidem viri docti 1651 choro, 1652 Aegistho, 1653 choro addicunt, verum de superioribus versibus valde dissentiunt. SCHUETZ et HEUSDE 1649 Aegistho, 1650 choro, WECKLEIN 1649 choro, 1650 Aegistho, KLAUSEN et KARSTEN cum 1649 tum 1650 Aegistho dant. Alii[3] cum SCHUETZIO 1649 Aegistho, 1650 choro tribuentes insuper post 1650 unum Aegisthi versum omissum esse, alii[4] inter 1649—50, quos cum KLAUSENIO Aegisthi esse sumunt, unum versum chori (vel Aegisthi[5]) intercidisse putant[6].

Personarum quam præbet codex *f* distributionem supra exhibui. Cum unicuique versui personæ nota præscripta sit, alternis versibus a principio progressa esse videtur altercatio,

---

[1] Cfr Soph. O. C. 28, Eur. Hec. 401.

[2] Exceptis STANLEYO et VERRALLIO, vide infra.

[3] WELLAUER, BLOMFIELD, NÆGELSBACH. — ARNOLDT versum Aegisthi p o s t 1 6 4 9 omissum esse statuit (p. 84 sq.).

[4] HERMANN, FRANZ, DINDORF, WEILI, SCHNEIDEWIN, PALEY (?), ENGER, KIRCHHOFF.

[5] Ita WEILII.

[6] Præterea KECK post 1649 (Ae.) quattuor versus (Ae., Cho., Ae., Cho.) omissos statuens adsentiente GILBERTIO ipse refingere non dubitavit (1650 Ae.) — v. WILAMOWITZ hunc locum sic conformavit: 1649, 1664 (Ae.), 1650, 1651 (Cho.).

sed quia antiquitus nisi paragraphi non præfigebantur[1], vices personarum confusæ sunt[2]. Inde in *f* ante notam correctam 1651—52 Aegistho, post vero 1650—51 choro continuantur signo utrique versui præposito. Itaque ut personas recte distinguamus, proximos versus adeamus totamque sententiarum progressionem ac seriem reputemus.

V. 1649 Aegistho tribuendum esse ex eo sequitur, quod superiores versus chori sunt. At vero WECKLEIN HEIMSOETHIO auctore 1643—48 post 1627 transtulit hac religione motus[3]: "Diese Umstellung ist nötig, weil der Chorführer nicht den Vorwurf τί δὴ . . ἔκτεινε 1643 ff. noch einmal bringen kann, nachdem Ägisthos 1636 ff. schon darauf erwiedert hat"[4]. Verum hoc nihili est. Nam ob vocabula illa ἀπὸ ψυχῆς κακῆς addita summa illorum versuum hæc fere fit: *'Quo modo tam ignavus timidusque esse potuisti, ut uxori una tecum regem necare concederes!'*[5] Præterea chorus illam exprobrationem iterasse credendus est, et quia Aegistho molestam eam fuisse apparebat et ut maiore vi ipse progrederetur ad Orestem poenas expetiturum commemorandum. Similiter quæ 1613 sq. dixerat mox 1625—27 refert, ut fere mos est rixantis eadem identidem proferre. Quo autem loco WECKLEIN versus 1643—48 inserit, illac non certe nimis quadrant. Nam 1625—27 νήπια (?) ὑλάγματα (1631) iure vocari possunt (γύναι[6], οἰκουρός, αἰσχύνουσα), 1643—48 non item. Contra hi versus, in quibus Orestes vindex gravissime ostenditur[7], ad extremam chori orationem reservati uni conveniunt. Atque haud scio

[1] Sic prope semper in M.

[2] Quod sæpe in libris occurrit, cfr huius fabulæ 543—55, 627—39, 1666, Sept. 941.

[3] Or. p. 159.

[4] Statim vero post (Sitzungsber. der philos.-philol. Classe der Akad. der Wiss. zu München 1 Dec. 1888) hos versus (1643—48) in fabula retractanda interpolatos esse suspicatus est.

[5] σύν v. 1644 sanum videtur, cfr 1613.

[6] Cfr Hom. Θ 163 sq., Cho. 303.

[7] ἆρα = ἄρα cfr Cho. 296, 434, Soph. Ai. 738, 1368. De πού = *certo* cfr supra p. 13 a. 9.

an WECKLEIN illos versus ideo potissimum transposuerit, quia versus 1649 choro addicendus ei visus sit. Tum vero choreutæ Aegisthi minis vehementissime commoti[1] signum arma capiendi darent! Qua sententia nullam posse minus veram esse censeo. Nam neque per se senum infirmorum erat ad certamen lacessere[2] et ex iis, quæ loquitur Clytemestra 1655—57, perspicuum est Aegisthum, non chorum, partes provocantis sustinuisse. Ergo quin 1643—48 suo loco retinendi sint et 1649 Aegistho tribuendus, nihil esse dubii mihi videtur[3].

Senes Aegisthus postquam in vincula se coniecturum ter (1621 sqq., 1632, 1642) minatus est, verbis chori ad Oresten spectantibus auditis iram iam non cohibens armis se coercere velle denuntiat. Vv. 1650—51 parumper omissis non queo non mirari, quod editores libris confisi versum 1652 Aegistho dederunt. Hæc esse verba se fortiter vim defensurum atque haud inultum moriturum adseverantis (i. e. chori) nunc demum monitum est a VERRALLIO[4], quanquam iam STANLEY[5], quem secutus est BOTHE[6], versum choro tribuit. Neque minus certum est 1653[7] Aegisthum[8] locutum esse, cuius verba mortem choro minantis Clytemestra interrumpat necesse est[9], cum dicat: μηδαμῶς, ὦ φίλτατ' ἀνδρῶν, ἄλλα δράσωμεν κακά. Tum 1650 cum codice *f* choro, 1651

---

[1] Cur tum demum commoti sunt? V. 1621 sqq., 1632 Aegisthus eadem minatus erat.

[2] Cfr v. 78.

[3] Cfr etiam KECK p. 467.

[4] p. 179.

[5] p. 478.

[6] Etiam SCHUETZ ad hanc sententiam inclinavit (comm. p. 320).

[7] Recte WECKLEIN vertit (Or. p. 139): "*Du sprichst von deinem sterben; ich begrüsse das; dieses Glück ist unsre Wahl*". Cfr etiam VERRALL ad hunc versum p. 175. Itaque Aegisthi verba 1663 (δαίμονος πειρωμένους) huc spectare nequeunt. Ad 1646 sqq. (πρευμενεῖ τύχῃ) vel ad 1652 (κἀγὼ πρόκωπος) referenda sunt.

[8] VERRALL hunc versum et 1650 satellitibus Aegisthi dedit, tragoediæ dignitati morique tradito prorsus non convenienter.

[9] Hoc iam SCHUETZIO veri simile visum est (p. 320).

Aegistho vindicandi sunt [1]. Ac vero 1650 choro aptum esse patet. Monentis enim est, non minantis. Sic fere verterim: *hoc agite, commilitones amicissimi, iam vis illa nobis instat* (sc. arcenda). Et appellatio illa φίλοι λοχῖται a moribus tyranni videtur abhorrere, ut iam Nægelsbach [2] et Arnoldt [3] monuerunt. At vero λοχῖται non recte vocantur choreutæ, quoniam de satellitibus Aegisthi hanc vocem usurpat Aeschylus Cho. 764. Sed voce λόχος Aeschylus non semel de choro tragico utitur [4]. Quid igitur impedit, quominus senes gladiis instructos (1652), præsertim cum ad arma conserenda vocentur, magister chori λοχίτας appellet [5]?

Itaque 1649—53 sic dispono: 49 Ae., 50 Cho., 51 Ae., 52 Cho., 53 Ae., quæ est codicis *f* distributio, præterquam quod notæ versibus 1652 et 1653 præfixæ a librario sunt permutatæ. Et probabiliter Schuetz monuit [6], errorem illum librario deberi, "qui non intellegebat, quomodo chorus κἀγώ singulariter, Aegisthus vero δεχομένοις pluraliter de se dicere posset".

Vicibus iam distributis tamen occurrit magna dubitatio, quo modo 1649 scribendus sit. Ut est in libris scriptus, sanus esse nequit [7], quia se quicquam facturum chorus non significaverat [8]. Qua de causa ne Hermanni quidem coniectura ἀλλ' ἐπεὶ δοκεῖς τάδ' ἔρδειν κοὐ λέγειν, γνώσῃ

---

[1] Stanley 1649—51 Aegistho dedit Bothio adstipulante.

[2] p. 213.

[3] p. 85.

[4] Cfr Sept. 107 sq. ἴδετε παρθένων ¦ ἱκέσιον λόχον, Eum. 46 sq., fragm. 379.

[5] Cfr Nægelsbach p. 213. — Heusde absurde arbitratur λοχίτας esse satellites (δορυφόροι) choro præsidii causa adiunctos.

[6] p. 320.

[7] Ad γνώσῃ τάχα sane nihil desideratur (Keck p. 468), nam γιγνώσκειν et εἰδέναι sic absolute poni solent minandi vi inclusa, vide Hom. A 302, Ψ 487, Ω 242, Cho. 304, Eur. Herach. 65, Andr. 588 sq.: ΠΗ. σκήπτρῳ δὲ τῷδε σὸν καθαιμάξω κάρα; ΜΕ. ψαῦσόν γ', ἵν' εἰδῇς, καὶ πέλας πρόσελθέ μοι. Cfr nostrum suecanum: vänta bara, skall du få se.

[8] Cfr Klausen-Enger p. 105, Karsten p. 323, Keck p. 468.

τάχα [1], FRANZIO, PALEYO, SCHNEIDEWINO aliis probata, admitti potest [2]. Fortasse tamen codicum scripturam servare licet, si versus hoc modo distinguitur: ἀλλ' ἐπεὶ δοκεῖς τάδ', ἔρδειν καὶ λέγειν γνώσῃ τάχα i. e. *'quoniam hoc putas* (sc. Oresten vindicem exstiturum esse), *brevi disces agere* (*et* i. e.) *non minus quam loqui* (sc. coactus te contra me, si poteris, defendere)'. Tum ἔρδειν καὶ λέγειν scriptum esset pro λέγειν καὶ ἔρδειν ut Ant. 281 ἄνους τε καὶ γέρων ἅμα (HEUSDE). Quæ conversio si stare nequeat, suaserim, ut sic scribatur:

ἀλλ' ἐπεὶ δοκεῖς [3] τάδ', ἔρδειν καὶ λέγειν γνώσῃ δίχα

i. e. *'quoniam hoc putas,* (ipse) *cognosces inter agendum et loquendum* (minitandum) *interesse'*. Cfr Prom. 959.

Vv. **1657—58.**

στείχετε δ' οἱ γέροντες πρὸς δόμους πεπρωμένους τούσδε,
πρὶν παθεῖν ἔρξαντες καιρόν· χρῆν τάδ' ὡς ἐπράξαμεν.

Inter plus quadraginta coniecturas [4] a doctis viris ad hos duos corruptos versus prolatas illi FRANZII commento στεῖχε καὶ σὺ χοἱ γέροντες uni maximos plausus impertierunt editores [5]. Quod valde miror, non quod quæ alii coniectarunt

---

[1] HERMANN interpretatus *"quoniam factis, non dictis pugnaturus [?] videris, statim cognosces —"* τάδε non vertit; SCHNEIDEWIN versum hoc modo reddit (p. 195 sq.): *"Nun, da du den Vorsatz hast, das zu betreiben (?), und nicht mit Worten zu kämpfen [?], so wirst du bald gewahr werden, dass auch ich zur That bereit bin"*.

[2] Quæ alii excogitarunt commemorare supersedeo.

[3] Vel potius λακεῖς τάδ' coll. 1617 σὺ ταῦτα φωνεῖς, 1628 καὶ ταῦτα τἄπη κτέ., 1663 ἐκβαλεῖν ἔπη τοιαῦτα. Δ et Λ sæpissime confundebantur, atque etiam sæpius A et O, id quod non vidi apud quemquam monitum. Cfr hos Aeschyli locos: Prom. 486, 599, 976, 1034, Pers. 363, 418, 1022, Sept. 213, 538, 998, Suppl. 130, 240, 323, 809, 965, Ag. 128, 1374, 1472, 1663, Cho. 126, 470, 588, 797, 1036, 1048, Eum. 211, 993. Harum litterarum permutatione multos locos licet sanare. Velut Soph. O. R. versum 938 ποῖον (sc. ἔπος) pro ποίαν scribendo emendari censeo.

[4] Vid. WECKLEINII Appendix p. 204 sq.

[5] Adripuerunt HERMANN, DINDORF, WEIL, SCHNEIDEWIN, PALEY, ENGER, KECK, GILBERT, WECKLEIN, alii.

probem, verum quia quod FRANZ reposuit omnino perversum esse iudico. Repperit hanc lectionem FRANZ, quia πεπρωμένους ita demum recte dictum esse videbatur [1]. Sed profecto non est ingenio Clytemestræ consentaneum Aegisthum, φίλτατον ἀνδρῶν, tam turpiter excedere iubere [2]. Maius vero est quod Clytemestra v. 1658 cædis Agamemnonis adfert excusationem χρῆν τάδ' ὡς ἐπράξαμεν. Quæ verba quam plane absurdum esset socio sceleris dicere! Immo verbo ἐπράξαμεν et se et Aegisthum complexa esse videtur, quem ad modum paulo supra δράσωμεν, αἱματώμεθα dixit. Ergo 1654—56 ad Aegisthum, 1657—60 ad senes placandos loquitur [3].

Qua autem ratione 1657 sq. emendandi sint difficillimum est dictu. Suspicor equidem Aeschylum hæc scripsisse:

στείχετ' ἤδ⟨η μ⟩οι γέροντες πρὸς δόμους πεπρωμένους,
πρὶν παθεῖν ἔρξαντες (vel εἴξαντες) αἰσχρόν· χρῆν τάδ' ὡς ἐπράξαμεν.

A persuadente μοί (dat. ethicus) aptissime dicitur, cfr Soph. Ai. 687 sq. ὑμεῖς θ', ἑταῖροι, ταὐτὰ τῇδέ μοι τάδε | τιμᾶτε,

---

[1] Cfr HERMANN p. 502: "πρὸς δόμους πεπρωμένους non dubitandum videtur quin verum sit: sed hoc participium, quo destinata cuique et propria domicilia significantur, non aliter aptum est huic loco nisi si simul ad regiam domum refertur, quæ iam Aegistho, ut regi, sicuti senibus privatæ domus, iusta sit habitatio. Ex quo colligi potest, id quod etiam res ipsa docet(?), Aegisthum non minus quam senes in suas quosque domos se recipere iuberi." Credo equidem δόμους πεπρωμένους ideo dixisse Clytemestra, ut significaret rebus novatis iam domos suas cuiusque privatas administrare senum esse, non amplius in re publica versari. — KLAUSENIO πεπρωμένον optime dici visum est "de domibus, quæ hereditatis iure a patre ad filium transeunt" (p. 292).

[2] KARSTEN (p. 325) fortasse iusto acutius monuit opus non fuisse Aegistho πρὸς δόμους στείχειν, utpote qui ad regiam iam esset.

[3] Postremus versus 1661 ad utramque partem est mandatus, ut ex ipsis verbis (εἴ τις ἀξιοῖ) apparet. WECKLEIN Aegisthum solum petitum existimat (Or. p. 140). Inepte, cum Clytemestra senes quoque adlocuta esset.

Eur. I. A. 672 σπεῦδ' ἐκ Φρυγῶν μοι, θέμενος εὖ τἀκεῖ, πάτερ, Hec. 979, Or. 124, 143, El. 1139. Atque καιρόν ex αἰσχρόν (ΙΣ = Κ) facillime potuit oriri[1].

---

[1] ἄκαιρον *(inopportunum)*, quod non nulli editores (WEIL, NÆGELSBACH, KECK, WECKLEIN, alii) scripserunt, ipsum huic loco inopportunum videtur.

INDICES.

a. = adnotatio. Virgula inter numerum paginæ atque adnotationis posita significatur de aliqua re agi et in textu et in adnotatione.

I. Loci tractati.

II. Loci explicati.

III. Loci, quorum traditæ scripturæ defenduntur.

IV. Loci, ad quos coniecturæ proponuntur.

V. Loci, ad quos quæ alii coniecerunt confirmantur.

VI. Index rerum latinus.

VII. Index Græcus.

Corrigenda.

p. 14	adn. 4		pro	μοί	lege	μοὶ
„ 16	v.	2 sq.	„	Clytemestra	„	Clytæmnestra
„ 26	v.	10 sq.	„	mutitati	„	mutilati
„ 28	v.	16	„	aliquam	„	aliquem



